

junxi etiam tractatum de homine, ubi plurima resolvi, quæ vix alii attingunt, quod ad ea pertractanda controversiæ Janfenii, extra Gallias ignoratæ, nos impulerint. His accessit brevis Synopsis virtutum Cardinalium, & earum quæ his veluti cardinalibus innituntur, qua luculentissimam D. Thomæ partem moralem in compendium redegei. Præterea conatus sum miscere utile dulci, quibusdam digressionibus, & veluti extra Theologia Scholasticæ limites & cancellos excursibus. Ut enim artifices, dum toto connitu oculorum, & contenta acie operibus toti incumbunt, identidem deflectunt oculos, & in gemmas, puta Smaragdum, aut hujus pretii lapides, conjiciunt, eorum vario colore aciem reparaturi. ita existimavi molestiam & laborem studii Scholastici comitem, magna parte levandum si identidem Scripturæ & Patrum ornamentis, veluti gemmis aut floribus, animum recrearem. Et sane hoc unum in nostrâ Schola desiderari videbatur, ut cum his ornamentis, claritate, ac distinctione, difficultates explicarentur, ut in eo studio aliqua voluptas percipi posset; quas dotes, ut verum fatear, pauci ex nostris ob ipsam soliditatem & magnitudinem doctrinæ, quæ non adeo flecti aut deprimi potest, sunt assecuti. Et sane id alioquin Scholæ nostræ eximium est, ut post quadringentos annos, quibus Theologiæ omnes difficultates ventilatæ sunt & agitæ, vix aliqua superesse possint, quæ ab his qui nos præcesserunt occupata non fuerint. Quamvis tamen si ex hac duplici dote, quam potissimum Scriptoris munus exigit, inventionem rerum & claritate, aliquid mihi tribuero, non ero insipiens, verum enim dicam. Egi quod sibi olim Div. Basilii tribuebat principia, feminaque excolui, & meis laboribus, in eaque cultura, novam inde forsitan segetem collegi. *Quemadmodum (inquit) semen dum crescit, majus quidem e modico redditur, idem tamen est quod antea, non immutatum ex genere, sed auctum ex incremento; ita mihi eandem sententiam, suis quidem auctam profectibus, non autem que nunc est, ei que ab initio erat, adversam esse arbitror.* Sed præter aliquam rerum inventionem, alterum mihi forsitan verius amici tribuunt, scilicet claritatem, cui etiam potissimum studui. Semper enim mihi in animum induxi, quæ in rebus Theologicis toris decantatus Lirinensis agi jubet: *Esse spiritualis tabernaculi Bezeleel, pretiosas divini dogmatis gemmas sculpe, fideliter coapta, adorna sapienter: adice splendorem, gratiam, venustatem: intelligatur te exponente illustrius, quod antea obscurius credebatur: per te posteritas intellectum grateletur, quod antea vetustas non intellectum venerabatur.* Eadem tamen que didicisti ita doce, ut cum dicas nove, non dicas nova. Demum, cum octo præcesserunt hujus nostri Clypei editiones, Burdigalensis nempe, Tolosana, Parisiensis, duæ Colonienfes, una Lugdunensis & duæ Antverpienses; hanc tibi nunc offero aliis locupletiozem, ornatiozem, & auctiozem, variisque quæ Typographorum incuria, in aliis irreperant mendis ac omissionibus, omnino purgatam & castigatam, ac in meliorem formam redactam, præsertim in Tractatu de Voluntate Dei, & in Dissertatione de Probabilitate. Nuper etiam edidi novum Tomum continentem Manuale Thomistarum, seu brevem Theologiæ Thomisticæ Cursum in gratiam & commodum studentium, ut facilius ac citius inspicere possint quæ in Clypeo fufius & latiori calamo conscripsi. Vale igitur (Lector Benevole) & diu ac feliciter meo labore fruire.

Epist. 24. ad Enfiribium.

Commo. nit. c. 17.



TYPO-



# TYPOGRAPHI

A D

## BENEVOLUM LECTOREM.



Ujus magni Operis peracta hac editione cui Auctor ipse ultimam adhibuit manum, multa superaddendo quæ in meliorem ordinem redegit, ut in sua præcedenti ad Lectorem admonitione testatur. Absoluto quoque Compendio quod in studiosorum commodum promisit, composuit, & uno eodemque anno quater citato prælo mandari curavit, augens continuo & perficiens. Tandem ipsum piissimum Patrem dum hæc prima folia ultimo loco cum indicibus cuderentur, Moralem Theologiam, quam in lucem ederet, meditantem, mors surripuit, ac Scholæ Thomisticæ facem, ut cum Christo luceret, extinxit. Tantum Virum toti orbi notissimum nobis flere magis lubet, quam laudare. Tibi vero (Benevole Lector) hoc solum brevissimum damus elogium, quod amicus Doctor Sorbonicus in Epitaphio conclusit.

ALCO CARMINO. GIBBERO. DIONO VITTORE. 1800. ET ALIIS.

MOD

EPI-

**EPITAPHIUM**  
 REVERENDI PATRIS  
**JOANNIS BAPTISTÆ GONET,**  
 THEOLOGORUM SUI SÆCULI PRINCIPIS.

**HIC JACET PRÆDICATORII**  
**ORDINIS THOMAS ALTER.**

**BITERRIS** NATUS EST, ET DENATUS, PATRIÆ SUÆ LUX  
simul & Lucis.  
 GONETORUM FAMILIÆ ETSI SENATORIÆ PLUS SPLENDORIS  
addidit quam accepit.  
 DOCENDI APUD SUOS PRÆFECTUS MUNERI NON TAM  
docere vitus est, quam demonstrare.  
 EA PERSPICUITATE THEOLOGIAM DOCVIT, UT IPSUM  
Theologiae Solus illustravit.  
 ANTECESSOR BURDIGALENSIS AUSONIOS, ALTIMIOS,  
Muretos, aliaque hujus Academie lumina, non adæquavit solum, sed tanto intervallo  
deiecit, quanto Theologia litteras superat humaniores.  
**PRIMUS** E DOMINICANA FAMILIA INTEGRUM THEOLOGIE  
cursum publici juris fecit, aliorum Antesignanus, non pedisequus.  
 PLURES THOMISTAS FECIT QUAM IPSE THOMAS, QUOS  
eam Schola Thomistica dicitur sublevar, Goneti allicuit minor, brevitas, antepitas.  
 ADEO PLENUS EST PATRUM SENTENTIIS, PHILOSOPHORUM  
placitis, Poetarum Bosculis, Oratorum verbis polioribus, ut Scripta ejus non  
Theologiae vespertina dixeris, sed humanitatis roserum.  
 TOTIUS EUROPE STUPOR FUIT, ITALIS SUTILITATEM,  
Hispanis sublimitatem, Gallis ipsis perspicuitatem mirantibus.  
 HABEBAT SCHOLA DOCTOREM ANGELICUM D. THOMAM,  
habebat Seraphicum Bonaventuram, habebat Subtilem Scotum, Illuminatum  
Mayronium, doceret Doctorem illuminans, habet Cohetum.  
 ALII DIVINUM PRÆDICENT, ALII THOMAM REDIVIVUM  
appellent, meo judicio, apud posteros audiet Doctorem Lux, aut Doctorem Lucis.  
 IPSE MET OPERUM SUORUM FECIT COMPENDIUM, NE ALIUS  
tentando compendium faceret dispendium.  
 COMPENDIUM EST ITA NUMERIS OMNIBUS ABSOLUTUM,  
ut nihil habeat compendii præter titulum.  
 HOC SOLUM NOMINE LUCTUOSUM COMPENDIUM, QUOD  
Auctoris vitam compendiosum fecit.  
 DESCRIBENDA EA THEOLOGIE PARTE QUE MORALIS  
dicitur serio cogitabat, sed Dei nutu accidit ut eam non reliquerit scriptis quam  
relicturus erat factis.  
 MIRAIN EO HUMILITAS, SUMMA BONITAS, CANDOR  
eximius.  
 ITA DE SE UT DE ALIIS, ITA DE ALIIS, UT ALII DE SE,  
sensitabat.  
 OMNIBUS ADMIRATIONI, SIBI CONTEMPTUI, OMNIBUS  
amori, sibi odio, omnibus notus, Urbi erat ignotus sibi.  
 QUAM PLURIMI EX ITALIA, HISPANIA, INDIA QUOQUE  
viri utriusque Cleri gravissimi, Biterras ventitabant solo videndi Goneti desiderio: eoque viso,  
mirum in modum exultabant, quid ad hæc Gonetus & Vanam hominum curiositatem  
mirabatur, in tanta sui nominis Luce excutiens seipsum non  
agnoscebat, sibi latebat. Utinam & morti letisset!  
 ADVERSUS NOVOS THEOLOGIE THOMISTICÆ IMPUGNATORES  
edidit Clypeum, utinam & contra mortis invidiam Clypeum invenisset!  
 NON FLERET THEOLOGIA SOLEM SUUM, NON FLERET  
Predicatorum familia lumen suum, non fletet Gallia decus suam, non  
Europa sumum miraculum.  
 QD DORMIUIT IN DOMINO IPSO QUEM PRÆDIXERAT  
die, Octavo scilicet Kalendis Februarii, Anno M.D.C.LXXXI. Etatis LXV.

AMICO CARISSIMO, CIVIQUE  
 OPTIMO APPOSUIT, SUG, ET PATRIÆ  
 NOMINE  
 JULIANUS JOSEPHUS GOURGAS  
 BITERRENSIS.

COMMENDATIO DOCTRINÆ  
**DIVI THOMÆ**  
 ET PLURIMA ENCOMIA,  
 QUIBUS

A SS. PONTIFICIBUS CELEBRATUR, EXPLICATA.



Gregie dictum est olim a D. Ambrosio, pri-  
 mum discendi ardorem nobilitatem esse Ma-  
 gistri, & conceptam de eo præclaram exi-  
 mationem, a quo instituendi sumus, in-  
 sum a natura, & flagrans discendi desi-  
 derium, non minus provocare, quam ad  
 pugnam frenue, positoque metu, in-  
 victi ducis & in media pericula sese con-  
 fectis fortitudo, militis avidi certaminis, & jam hostem petentis, ani-  
 mum accendat. Quare rem facturum me perutilem existi-  
 mavi (Erudite Lector) si D. Thomæ, Doctoris Angelici,  
 cujus integram absolutamque Theologiam tibi offero, su-  
 pra ceteros, in quorum scholas unquam concedere pos-  
 sis, præstantiam tibi commendem: & te forsitan ejus fa-  
 ma, qua neminem latet, totumque orbem implevit, com-  
 motum, & incitatum, acrioribus aculeis uream & im-  
 pellant. Neque remardam & diffiditum aggrediar, in qua  
 sine ceteris fecisse injuriam vereri possum; cum vix ullam  
 reperire sit inter præclarissimos Theologos, qui D. Tho-  
 mæ palmam non utro concedat; & ut de virtute olim di-  
 xit Seneca, etiam qui non sequantur admittunt. Non dis-  
 fitebor tamen, illorum admirationem pluribus stomachum  
 commovisse, qui ut de gloria cupidus placuisse dicebat,  
 laudes & pecuniam juxta æstimant, quarum se facturam  
 tantum iacere arbitrantur, quantum in alios conferantur;  
 & qui singulares laudes & egregia encomia, quibus Summi  
 Pontifices sanctissimum Virum celebraverunt, aut mi-  
 nuere, aut elevare omnino tentant, & confecta a Disci-  
 pulis, solo studio suam Magistrum commendandi, abjecta  
 omni veritatis cura, calumniantur. Ne quid itaque præ-  
 terire, aut diluigare videar, & commendationem expli-  
 candis D. Thomæ Doctrinæ dotibus, & Apologiam defen-  
 dendis instituiam; & ubique soliditate & gravitate magis  
 Theologi, rerumque momenti, quam Oratoris arte, &  
 lenocinis verborum agam; que si unquam adhibere pos-  
 sem, hic omnino prætermitterem, cum ut Hilarius de re-  
 bus divinis dixit, verborum significativam, rei ipsius natu-  
 ra & magnitudo confusit. Præterea vero, ne que adula-  
 tionis suspicio animi fubeat, & ut extra omnem in-  
 vidiam posita sit, que de sanctissimo Viro plurima refer-  
 ram, Summos Pontifices in testes potissimum advocabo,  
 quos sola hujus admiratio ad ipsius laudes celebrandas im-  
 pulit: & quos adulationis insinulare pene sacrilegium est  
 set, cum Ecclesiæ Doctorem, Academiæ Magistrum, Fi-  
 delibus Ducem sequendum præficient: cum hujus doctrinæ  
 ceteris, exceptis Canonica, proprietate verborum, veri-  
 tate sententiarum præstare pronunciant. Neque tamen om-  
 nes D. Thomæ doctrine dotes, aut encomia, quibus a  
 SS. Pontificibus commendata est, colligam: Quis enim  
 esset orationis modus, cum plurimi ejus laudibus libros  
 integros impleverint, unde magnam segetem alieno labore  
 paratam, nullo negotio metere possem? Sed mihi his om-  
 nibus interdixit volui; eaque dumtaxat a Summis Pon-  
 tificibus encomia celebrata seligam, & confirmanda susci-  
 piam, quibus compertum sit, D. Thomæ ceteris Schola-  
 rum Magistris, quibus multis paribus, multoque dotibus  
 superior est, nullius injuria posse anteponi.

§. I.

D. Thomæ Doctrina ex sanctitate commendatur, qua meritis  
 ut non absque speciali Dei infusione sua omnia  
 periceret. Joannes XXXII.

Certius est quam ut multis argumentis aut exemplis  
 comprobari debeat, sanctitatem plurimum ad rerum  
 divinarum cognitionem conferre, cum Sapiens Sap. 9. il-  
 lud in oraculi modum ediderit, neminem Dei sensu scire  
 posse, nisi Deus dederit sapientiam: & egregie D. Irenæus  
 lib. 4. cap. 1. 14. dixerit, Deum sine Deo non posse cognosci.  
 Et quidem quod ad eas veritates pertinet, quas necesse  
 est adhiberi ut regulas morum, & que vitam hominum  
 instituant, omnino earum cognitionem, & judicium, ex  
 vario effectu voluntatis hominum ortiri, tritum illud Phi-  
 losophi principium, omnibusque experimentis comproba-  
 tum demonstrat; quemlibet de rebus judicare ut affectus  
 est: atque inde illa judiciorum & Ethicæ Christianæ cor-  
 theel. Gonet, Tom. I.

ruptio, ex corruptione morum affectumque pravitate or-  
 tum habere solet, nec ut antiqui de rebus judicamus,  
 qui nec ea integritate, & innocentia vite, qua antiqui  
 vivimus. Sed præterea, quod pertinet ad eas veritates,  
 que in sola contemplatione sitæ sunt, nec ad usum præ-  
 ximum descendunt; nihil dubium, quin earum affectu  
 plurimum gratiæ & sanctitati tribuenda sit, cum, ut in-  
 quit D. Bernardus, plura docent amor, quam labor, & san-  
 ctissimarum Virginitatum Catharina Senensis, & Theresia,  
 sapientiam præstantissimi Theologi suscipiant, & admiren-  
 tur, cujus minime capaces sine, ceteroquin subtilissimo  
 ingenio præditi, quorum acumen prævi affectus obtundant.  
 Et sane plura de rebus divinis tacita confessione, simp-  
 pathia, & ut loquitur Divus Thomas, consuetudine,  
 que natura divina participatione nobis contingit, edoce-  
 ri, probat luculenter ipse Sanctus Doctor, cujus Articuli  
 integram retulisse non penitebit, cum ex eo discere  
 possint, qui Theologie operam navant, pietate itanda  
 promoveri, & sanctitatem medum cognatam, sed & parentem  
 esse sapientiam.

Sapientia, inquit D. Thom. 2. 2. quæst. 45. art. 2. impor-  
 tar quendam virtutem iudicii secundam rationes divinas:  
 virtutem autem iudicii potest contingere duplifier. Uno mo-  
 do secundum perfectum usum rationis: alio modo propter con-  
 naturalem quendam ad ea de quibus est iudicandum.  
 Sicut de his que ad castitatem pertinent, per rationem inquisi-  
 tionem recte iudicat qui didicit scientiam moralem. Sed per  
 consuetudinem quendam ad ipsam, recte iudicat de eis,  
 qui habet habitum castitatis. Sic ergo circa res divinas ex  
 rationis inquisitione rectum iudicium habere pertinet ad sa-  
 pientiam, que est virtus intellectualis: sed rectum iudicium  
 habere de eis secundum quendam consuetudinem ad ipsas,  
 pertinet ad sapientiam, secundum quod donum est Spiritus sancti,  
 sicut Dionysius de divinis. Nomin. cap. 2. dixit: Hiero-  
 nymus est perfectus in divinis, non solum dicens, sed & pa-  
 tiens divina. Huiusmodi autem compassio seu consuetudo  
 ad res divinas fit per caritatem, qua dicitur unit nos Deo,  
 secundum illud 1. Cor. 6. qui adheret Deo unus spiritus est.  
 Haftenus D. Thom. que in libris de regimine Principum  
 lib. 2. cap. 16. confirmat hac egregia observatione: Com-  
 pertum est, inquit, ex historiis, in qualibet monarchia tria  
 se invicem consecrata fuisse: divinum cultum, sapientiam scho-  
 lasticam, & secularem potestatem.

Ut verum fatear puto nos interdum Castibus bene ri-  
 sum movere cum ita disputamus, quasi nostris argumen-  
 tis, nostrisque disputationibus, eorum species, ordo,  
 distinctio, muneraque metienda forent, nec Summi Nu-  
 minis immutabilis providentia legisque constituta essent.  
 Et ut quedam ejusmodi subjungam: An nulla specie crea-  
 ta essentia divina sese beatis mentibus visendam obijcit?  
 an divina Personæ relationibus constituantur? An Dei  
 immensitas operationem consequatur, eaque rebus adsit?  
 Hæc suas & immutabiles rationes habent, & nostris argu-  
 mentis & rationibus superiora, nec attingi nec immutari  
 possunt, inter ipsa mysteria reponenda, sive ipsa magni-  
 tudine, qua a sensibus remotissima sunt, sive opinatio-  
 num varietate, quarum deterior ex Philosophi regula,  
 interdum verosimilior est.

Quis vero tandem erit hæc intemescendi modus? Cui  
 tutius missum committam? Quem ceteris Magistrum  
 anteponam? Sane nemo negaverit, eum jure ceteris an-  
 teponendum, qui præter rationes, quas ex Theologia &  
 Philosophiæ principii advocat, quibus ceteris par est, aut  
 superior, ceteros sanctitate longe superat: & fides fit cer-  
 taque persuasio, cum castibus commercio divinarum re-  
 rum passione & simplicitate, caelesti infusione, & oratione  
 quam nulla mysteria latent, potuisse edoceri.

Agnosce tandem, nisi fallor, erudite Lector, quem  
 eligendum Magistrum ceterisque anteponendum, tacito  
 nomine, his dotibus demonstrarem. Quis enim ex his qui  
 suam scholam instituerunt, & ceteris sequendum vexil-  
 lum antesignani fuerunt, præter unum D. Thomæ quem  
 schola ut Magistrum adivat, & quem Ecclesiæ ut Divum  
 veneretur? Unus est D. Thom. cui præter summam inge-  
 nium (quod natura consentio, ut de D. Basilio D. Gregor.  
 Nazianz. dicebat, videri possit) præter eruditionem inge-  
 nio parem, utroque major sanctitas contigit: ut non temere  
 b. credi

Commendatio Doctrinae

cedi possit, quae caeteri plurimae ignoraverunt, aut quae intra solus probabilis limites contineri solum arbitra- ti sunt, ipsi omnino comperta fuisse, nedum invictis argu- mentis, quibus abundavit, neminique inferior est, sed vel experimentis ( ut multa sunt quae patiendi discuntur ) aut de D. Jacobo D. Dionysio dicitur ) vel caelesti infusione & revelatione, quae una certo sciri possunt, quae variis hinc inde diffinitionibus, quibus, etiam sua probabilitate & veridicitudine non desit, obvolvuntur & circumbantur.

Sane cum D. Thomae Theologiam consulo, de his potissimum quae supra commemoravi, hisque similibus, quae pene non magis natura viribus, & ratione assequi possumus, quam noctua Solis radios ferre possit, non tam probatas assertiones Theologi, quam sanctissimi Viri oracula mihi reperere video: quae ipse non tam studio & ingenio vi, quam sanctitate & infusione accepit, & quibus orem pens in stuporem adduxit. Ita enim ipse sanctissimus Vir, cui nihil unquam de se nisi modestissime dixit, sedali Reginaldo, cui nimis animi sui sanctus detegebat, aliquando inquit: *Quidquid sciret, non tam studio & labore suo percipere, quam sanctissimus tradidit accepisse.* Quid enim caelestem raram non agnovisset sanctissimus Vir, toties in extasi raptus, suspensus sanctissimum inferiorem, cum ( ut inquit Augustinus de Adamo, post immis- sionem a beo soporem, quo rebus mortalibus oculos clausit ) angelice curiae participes feret? *Erax mirabile,* inquit D. Antonius 3. part. Hist. tit. 23. cap. 7. *videre hominem hunc sensibus, & cum sensibilibus conversantem, subito rapti & elevati, & ab omnino separari, & ad caelestia elevari, quae non esset nisi corporalis sciret, sed ubi mentaliter liberaret.* Hic omnium difficultatum, quae nos ab eius sanctitate & pietate remotissimos exercent & cruciant, scilicet, & expeditam solutionem reperiebat: Hic divino spirita ubertatem aliorum verumque omnium ministrante, ut de sacris Evangelii scripturis D. Ambrosius dixit, *sua vero nullo molimine coepa complebat, sine concu- sione enim suae orationis & gratia Dei, quae ubi se infuderit, ita rigare consuevit, ut non egerit, sed redunderet scriptoris ingenium.*

Atque inde tria commendatione dignissima contigisse ar- bitror, quibus caeteros Theologos pene infinitis intervallis antecedit. Primum & singularissimum id habet D. Thomae, ut Ecclesiam in Osm. D. Thomae pro summo beneficio ducat, si doctrinae D. Thomae plenam intelligentiam con- sequatur, & precibus ac votis publicis fideles efflagitare jubet, quae docuit intellectum conspiciere: quem nulli alteri inter praestantissimos Theologos Ecclesiam honorem detulisse legitur: quod probe noverit D. Thomae doctrinam, non habere, sed infusione caelesti comparatam, pene inter oracula reponendam esse, & caeteras, excepta Canonica, doctrinas longe superare.

Præterea vero alterum inde consequitur, quod non ultimam partem felicitatis Discipulorum Sancti Praeceptoris esse arbitror: res scilicet dimittaxat Magistram, cui dato sacramento adherent, etiam ut Divum colere: & vicissim unum esse Divum Thomam, qui præter scripta, suae quae eruditionis monumenta, quae Ecclesiae & orbi ferenda reliquit, Discipulis qui promovenda eius doctrinae incumbant, opem quam inierit Divus rebus plurimam praestare potest, impendit.

Tertium denum notat sapientissimus Pater Baronius Apologia lib. 1. sect. 1. art. 1. §. 5. & ad magnitudinem ingenii & eruditionis D. Thomae refert, ego ad utrumque eruditionem & sanctitatem referendum existimo: hoc differre a D. Thomae, Scorum, & caeteros, qui in Scholis audiantur: quod plures ab ipsa ejusdem instituti, quam ex Praedicatoria familia a D. Thomae descenderit, cujus discipulis in prompta causa est, quod ad cum nulli ex nobis Theologis ingenio, eruditione, sanctitate D. Thomae pares essent: putaret sibi honori tribuendum esse, si eum Magistram agnoscerent, unquam abirent: sed non est affectus Scorum hanc reverentiam a suis, neque a Richardo, neque ab Othone Aureolo, multique aliis, qui utrisque partibus sibi videbantur illi inferiores.

§. II.

D. Thomae plurima Divina revelatione accepit: In consecratis libris Sanctos Apolos Petrum & Paulum collo- quentes & locos enarrantes habuit. Clemens VIII.

Ita natura comparatum est, ut res inferiores superiorum confortio periculis evadant, veluti quodam magnitudinis genio, & indita propensione, quae superiora inferioribus beneficia esse jubet: ut inferiores hominis facultates nobiliores sunt, & altioribus operationibus aptiores, quam earum natura possunt, vel caetera animalia capacia sint: quod nimirum rationalis anima quodam rationis & libertatis radios infra se effundat, quorum inferiores facultates participes sint, & ad altiorum ordinem evehantur. Haec cum ita sint ( Erudite Lector ) in omnibus natura

ordinibus, gradibusque distinctis comperta; non potuit D. Thomae beatissima mens non erigi supra caeteras, ipsamque mortalitatem, & communem intelligentiam vim, eo felici cum calibus commercio, scientiae cum sanctitate federe, de quo aetate loca sumus, & quo veluti in apice natura ille constitutus, inter Beatos, & caeteros Theologos medium gradum occupat, & solus implet.

Sed plura illustriora in eam rem argumenta supersunt, quae nos afferere jubent, fidemque certam faciunt, eam inesse D. Thomae principis, & asseritionibus certitudinem, ut vix major, ea excepta, quae ex definitione Ecclesiae accederet, desiderari possit. Et ne quis a me temere dictum existimet, id evidentissimis argumentis probandum suscipio. Enimvero quoties gravis difficultas D. Thomae Ecclesiam instar foetus disputacionibus scriptisque illustrat, prosperam moratur: quoties in Theologia vel Scriptura dubium, ut in systeme & seropulo multorum naufragio timendum incidit, Praesto sunt Angeli, D. Apostoli, Beatissima Virgo, qui periculum errandi amoluntur; & difficultatem omnem expliciant: ut putares into federe Calces obligatos ad promovenda D. Thomae studia, & Angelicum Doctorem jam inter suos quibuscumque necessitudinem sumam habent, quos siorum secretorum partici- picipes efficiunt, nihilque latere volunt, & agnoscere. Rei ex historia nota fidem arguit Pontificum Gregoria, Clemens VIII. inquit: *In consecratis libris interduum Sanctos Apolos Petrum & Paulum colloquentes, locoque illi quosdam Dei iussu enarrantes habuisse.* Addit Julius III. *ipsum beatissimum Virgineum, de sua vice & scientia inscrip- tione certiorum effecisse;* & ut D. Vincentius Ferrerius, sui seculi Apollolis, refert: *visa est interduum beatissima Virgo Filium, quem ulis gestabat, amantissime deprecari, ut alumnus, Religionis ac fidei mysteriis explicandis in- cubentem edoceret.*

Sed plurima in hanc rem D. Antonius 3. p. tit. 23. c. 7. §. 6. scripsit: quae valde superiora confirmant, ex quibus haec pauca deframo. Narrat nocte quadam intempera, cum solito more orationi incuberet, aditum a socio, cum aliquibus sibi voce ignotis, & quos, & calis Divos esse dubitari non poterat, longa colloquia permiscerent: cumque loqui desistissent, Angelicus Doctor, compellat socium, jubet accendi lumen, deterrere libram, & parato folio dicat, quorum a pluribus diebus, ob summam difficultatem, interpretationem intermitteret. Tum socius pedibus obvolvitur, & cum lacrymis efflagit, non se latere velit, quorum colloquio pro longam noctis partem usus fuisset. Renuit vir Sanctus, sed tandem victus importunis foci precibus, prorumpens in lacrymas ait: *Fili vidisti afflictionem meam, cum his diebus, in expli- catione scripturae loco, cujus hanc interpretationem meditan- tante exceptis, laborarem; fed ea me Deus immeritum gratia cumulavit, ut D. Apolos Petram & Paulum quos interpellaveram miserit, a quibus edoceret: & haec quo modo excepisti, Apolos revelatione accepit. Sile hic parumper ( Amice Lector ) & tuam nobis ingenue mentem aperi: quam postea habere deceat, & equum fit existimationem de D. Thomae operibus, quae ubi eum difficultas morabatur, nisi post revelationem habitam, & Apolos colloquia, intercepta non absolveret.*

Sed res est praeterea dignissima, quae nulla unquam oblivione & memoria excidat, & ad posteros deleferat. Coniugit ut nomine quidam Romanus, olim D. Thomae auditor, & quem Parisiis cathedrae successore reliquerat, mortalem vitam cum meliori commutaret: Deo ita jubente, D. Thomae se se conspicuum exhibet, ut de percepto laborum premio, caelestique adepta beatitudine moneret. Quid non agat S. Doctor, qui in animo semper mytheria fidei versabantur, cui una veritatis cura erat? Occasionem nactus addidit rem perdifficilem, cui forsitan tam explicande incumbere, peit quid de beatitudine caelesti sentiendum & scribendum sit: quibus principis constat, an creata specie, an ipsa essentia Divina gerente speciei vires? Tum Romanus placido vultu subridens, illum Psalmi versiculum ingerit, *Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum:* quomodo rem ita se habere, ut a Magistro olim auditor diceret; & post Sanctissimi Praeceptoris doctrinam una beatissimum visionem majorem suscepit.

Hic ego te compello ( Erudite Lector ) & tuam sepositis affectibus sententiam rogo, & audire velim? Annon omnis commendatio infra rei magnitudinem iacet? Annon D. Thomae principis eam certitudinem, inesse existi- mare equum fit, quae majorem sola definitio Ecclesiae conciliare possit, quae nobis unquam D. Thomae vigiliis in- herentibus, major securitas contingere aut desiderari possit? Quem mihi dabis ex omnibus D. Thomae annis, quos sine sola eruditionis magnitudo excitavit, aut e tota Theologorum turba, qui hac parte eaque certitudine Divis etiam contestata, eam Sanctissimum Praeceptore paria se facturum iacet?

Haec cum ita sint, mirari desines ( Erudite Lector ) quae fidem omnem alioquin superent: *res saneque in omni seculo disci-*

Divi Thomae

disciplinarum genere, brevissimo tempore conscripsisse, ut Cle- mens VI. olim admiratus est: adhuc adolescentem vix de- cimoquinto aetatis anno, cum novus Religiosis tyro in carcere a parentibus & domesticis detineretur, quos suis votis inenfes, & inimicos experiebat, cum vellet faculo & nobilissima familia, delictis, stemmatibus renuciare; Fallaciarum Opusculum edidisse, cui vel ultima aetas, in scholarum unbris & concertacionibus omnibus exercita & detrita, vix satis matura videbatur: Parisiis annos nondum viginti quatuor natum Philosophos ac Theologos cum in- genio auditorum frequentia, quae omnium admirationem, aliquorum invidiam excitavit, explicasse. Mirari haec des- lines, & cum magno Leone exclamabis: *O quam velox est sermo sapientia, & ubi Deus magister est, quam cito desistit quod docetur! Nos est adhibita interpretatio ad audiendum, non consuetudo ad usum, non tempus ad studium.* Nihil mirum quod in omni re disciplinarum genere, brevissimo tempore conscripserit ea quorum minima pars, si eruditio, securitas, soliditas, & alicuius dotes scriptiois exactissime fecerunt, longissimum vitam postulare videntur: quod tribus interduum quatuorve Amantibus, de rebus di- versis & difficillimis, uno tenore conferenda dicaverit. Sane ut Ambrosius supra citatus dixit, Divino Spiritu ubertatem didicitorum ministrante, non egot, sed reduntat Scriptoris ingenium. Dices Sanctissimum viri linguam ca- lamus scribis, reconditoria Scripturae & Theologia arcaea & mytheria, non humani ingenii viribus, solertis, acumi- ne excogitata & inventa, fed caelesti lumine, Divino affatu infusa & inspirata velociter scribitur. Dices, quod de seipso Nazianzenus, organum fuisse divinum, & in- strumentum ratione praeditum, quod a praetore artifice Spi- ritu sancto concinnabatur & pulchabatur.

Non alio plura: satis enim me demonstrasse arbitror quod a me initio propositum fuerat in hujus capitis argumen- tum, plura Sanctissimum Praeceptorum Divina revelatione Beatissimae Virginis, & Divorum Apolos colloquii didicisse.

§. III.

Divi Thomae Doctrinae securitas, quod Scripturae, Traditionis, Patris: semper adhaerere, & vix certissima Christiana doctrina regula dici poterit a Pio V.

Præcipuum Doctrinae D. Thomae docem, & veluti proprium characterem hic explicandum suscipimus, unde illi & ab errore immunitas, & maxima securitas con- tingat: summam scilicet cum antiquis Patribus, & Tra- ditione, consensum; & observantiam, quae nunquam ab eorum pacitate, ut ab indehexa fidei regula, vel quan- tum latius unguis est, recedere sibi permittit.

Nemo negat, etsi quod ad Philosophiam pertinet se- rendum sit, ingenia aliquando luxuriant, sibi que laxare frenam, cum ex ea indulgentia nullum periculum addit: in rebus tamen Theologicis ubique Traditionem esse con- sulendam, & compertum esse erroris, quod in diversam sententiam abiret, quam Patres tenuerunt. Laucata sunt Vincentii Lyrenensis verba Tom. 5. Biblioth. PP. 2. p. 1. c. 1. *componit, cap. 25. cum explicat illud Apostoli: O Thomae deo depositum custodi, deinde praesens vocem nostram: Quia est enim, inquit, depositum: & postea hujus depositi leges & conditiones ita explicat: Quod tibi eruditionem est, non quod a te inventum; quod receptibile, non quod cognoscibile; non non ingenium, sed doctrinam; non ut rationem privata, sed publicam Traditionis; rem ad te perducant, non ut te probent: in quo non auctor esse debet, sed iustitia; non institutor, sed testator; non auctor, sed sorsus.*

Et sane, cum Deus Sanctissimos Patres ad institutionem posterorum Interpretes & Magistros Ecclesiae praescribit, suo lumine peritus, suo spiritu affatus, & qui summa innocentia cum Calibus commercio comertur: summa temeritatis est, in rebus fidei & Theologicis, aut non consultis, ut spreis Sanctis Patribus, velle quid- quam statueri & definire: cum etiam Aristoteles ipse tam in Divinis parca, quam in Physicis locuples, existima- verit si quid da Diis statuerent, credendum esse Barba- ris, primis scilicet hominibus Hebraeis, & Chaldeis, quorum Sanctitas & vite innocentia Caedigna, caelestes men- tes advocabat.

Hinc omnes hereses ex ea novitatis cupidine, ingenio- rum prurigo & petulantia, natas esse, praclarissime Ca- no lib. 7. de locis Theolog. cap. 3. demonstrat in omnibus hereticis, qui Ecclesiae pacem suis novitatibus, id est erroribus, perturbant; & qui in eadem, ut inquit, erro- ris navi versati sunt. Et primum quidem in Calvino, qui ut erroris, & defensionem Lutherorum excusaret, cum Rege Gallie Francisco Catholico innocentiam traxit; multa, inquit, ignorasse Sanctos illos viros, & sepe inter se conflictatos fuisse: Tum postea in Lutero, qui Patrum auctoritate neminem cogendum dicebat; & verbum Dei nullas interpretandi leges pati, quia verbum Dei non est alligatum: In Abailardo etiam, quem possi-

Theol. Genes, Tom. I.

trum D. Bernardus in ea causa reprehendit, quod cum om- nium Ecclesiasticorum Doctorem unam esse sententiam fa- teretur, ipse, inquit Bernardus Epist. 190. *vanitate accipit, eam sperneret, & glorietur se habere meliorem, non veritate contra praecipuum Sapientiae, transgredi terminos antiquos, quos posuerunt patres nostri.* In Nestorio praeterea, qui, ut refert Historia Tripartita, cum esset eloquens, & se putaret do- ctum, libris antiquorum dedignabatur incumbere, cum ce- teris doctorem se existimaret. Quin etiam Origenis casum, quo tota Ecclesia turbata est, quo potius admodonebatur, non plus sapere quam oportet sapere, sed intra limites a Sanctis Patribus positos, ingenium cohibendum; hujus, inquam, horridi casus Origenis, Vincentius Lyrenensis, loco superius citato, cum hujus eruditionem, ingenium, eloquentiam commendasset, non aliam causam refert, quam nimiam sui praesidentiam, & antiquitatis contemptum. *Hic idem ( inquit ) Origenes tamens de talis, dum gratia Dei insolentius abutitur, dum ingenio nimium indulget, sibi que satis credit, dum parvi ponit antiquam Christianae Religiois simplicitatem, dum se plus cunctis sapere putat; dum Ec- clesiasticas Traditiones, & veterum magistrorum contentum, quaedam Scripturarum capitula nove interpretatur, meruit, ut de se quoque Ecclesiae diceretur: Si supererit in nullo tui Propeta, &c.*

Agnoſcis itaque ( Erudite Lector ) nihil cordi & Reli- gioni magis viro & scriptori Catholico esse debere, quam ut ubique auctoritatem SS. Patrum, & Traditionem con- sultat, nec ab ea ullis argumentis, ulla novitatis libidine, unquam se dimoveri patitur. Sed quis unquam inter ce- teros, immo supra caeteros Theologos, qui pro Patribus nati, fideles edocendi manus, & Ecclesiam defendendi cu- ram, velut relictam sibi hereditatem susceperunt, potio- ri iure quam D. Thomae hanc laudem consecutus est, ut Sanctissimos viros passibus aequis sequatur, integram, il- libatamque hereditatem, depositumque fidel fieri creditum, intemeratam servaverit? Haec S. Doctoris praclarissima, & quam satis amplis laudibus nemo unquam effecit com- mendatio, unde securitas summa, & ab omni errore im- munitas illi contigit; quod assertiones suas in tutissimo loco, sub Patrum omnium clientela posuit. Vix unam Articulum repereris, quem gravissima Patrum auctoritate non muniverit, & recte advenit Baroſius, ac mille ex- perimentis a se observatum inquit, hoc discrimen interve- dere D. Thomam inter & Theologorum reliquos, quod Angelico Praeceptoris aliquando feliciter muto & longo fi- lencio Scripturam & Patres meditant, ubique prima cura fuerit inquirere, quid S. Scriptura, prima Theologiae & Scientiarum origo & regula, quid Patres Scripturae in- terpretes, & Traditionis testes docuerint, & consulta Scri- ptura, Traditione, Patribus, velut inimito fundamento Theologiam suam astruxerit. Hinc Doctores Communis ac- secutus est nomen, & nisi me fallit animus, eam dum taxat gloriam & famam ambivit, ut ubique Patrum de- scriptus audiret, eorumque viam calcaret, procul a di- verticulis, quae raro periculo carent, & in errores irre- meabiles incautos abducunt. Neque tamen ideomus con- secutus est laudis, quod nihil sine consilio Patrum ten- taverit; cum praeter sententias, quibus illi cum SS. Pa- tribus convenit, omnino eximius fit, nullique secundus; argumentis quibus explicari & illustrari possunt, caeteros- que Theologos multis partibus superat, acitis in defen- sionem Theologiae omnibus scientiis, ac Philosophis, quos de- vime sapientiae opem, & suppetias ferre coegit. Hinc D. Thomae doctrina, certissima Christiana regula dici potuit, quod purissimum Scripturae sanctorum Traditionis Patrumque seriem unus D. Thomae omnino representet, nec alius un- quam felicius D. Thomae affectus sit, quod optabat Lyri- nensis, ut quae a SS. Patribus dicta fuerant, limitaretur & excolerentur, non nova, sed nove, singulari scilicet ordine, methodo, distinctione dicerentur. Sapienter annotavit An- gelici Praeceptoris Commentator & Interpres Cajetanus 2. 2. q. 184. art. 4. *ideo D. Thomae SS. Patrum sensum esse alicu- tum, quia semper summe illos veneratus est. Sed potissimum D. Augusti, ita coluit, ita uni adhaesit, & veluti Augustini spiritum ita exhibuit, ut Eusebio dixerit, Augustini ani- mam videri magister in Thomae, quod inter ejus laudes Ur- banus V. Academiae Tolosanae D. Thomae magistram sequen- dum praescribens, non sinit: B. Augusti, ( inquit ) vestigia in- cunctis, Ecclesiam doctrinae, ac scientiae quam plurimum illustravit.*

Hinc quoque Divi Thomae his laudibus celebrare co- nantur, nervos omnes intendunt, ut eam in Sanctos Pa- tres observantiam ad caelos usque afferant, quae nihil majus agnoscunt in ingenio praclarissimo, & quo nullum magis sibi laxare habentis, novam tentare viam, aut lon- gius altiusque ire possunt. Salmanticensis §. 8. egregiam Divi Chryostomi de Divo Petro observatorem hic refer- runt, quae illud explicent Divum Thomam omnium Pa- trum, quos sibi longo studio & meditatione familiariter effecerat, interpretatum fuisse. Expedit eloquentissimus Pater secundus capitis Actorum haec verba: *Stans in domo Petrus cum sanctis, levatis vocem suam, & loquitur illis:*

Commendatio Doctrinae

Quid est, inquit, cum reliquis iudicem? Et statim subdit: Communem quidem vocem edebant, ut Petrus omnium erat es, sed assabant illi iudicem sententiam suo comprobante, qua ab illo dicebatur. Scire ayes (Erudite Lector) quem statim D. Thomas inter ceteros occupat, quodve munus gerat? Communem cum illo Concilia, Patres, ceterique Theologi vocem edunt (a), & D. Thom. olim suo silentio bovis muti, postea vocalissimi, omnes uno ore loquuntur; & quotquot ex Patribus suarum asseruntur testes advocat, assant illi suo testimonio qui exceptit comprobantes.

Alii advocat Eshnicorum morem, quo probent Christianae doctrinae faciem, undique a Patribus circumlatam, tandem ad D. Thom. manus pervenisse, ab eoque in sua Summa Theologica, velut in laborem Scholasticorum ultimam metam depositam fuisse. Solebant olim veteres nocte Cereri, mille floribus ornatam excitare, ad quam tota fere Graecia confluxerat, ut e sacra luce, quae in ara fulgere suam faciem accenderet, & in urbes ignem sacrum deferrent, in quo fidei felicitatis postum omen arbitrabatur. Sed ne communis gloriae quicquam expers fieret, accensam faciem civis per manus vicissim sibi ferendam tradebant: quae si tandem ad metam, visis venientur flabibus, acieque perturbantibus, accensa perveniret, urbs tota effusa gaudio, maximoque plausu, victriem ventorum faciem excipiebat.

Non asserimus quid in re Theologica accidisse dixeris, Quid enim aliud veteri Scripturam Sacram, quam aram ignoto, agnoscit Deo creatam, mille floribus, mille luminibus ornatam, & fulgentem: unde Apostoli faciem, qua totum orbem illustrabat, undique circumferendam accenderunt; & sui muneris sui que zeli successibus, & discipulis, Clementi, Dionysio, Ignatio, Irenaeo, qui propius a naigenti Ecclesia aberant, gestandam tradiderunt? Ab his ad sapientissimum Doctorem Basilii, Nazianzenii, Chrysostomi, Augustini, Hieronymi, Gregorii, aliorumque manus pervenit: a quibus postea Bernardus, Anselmus, Damianus, accensam faciem, nec ullis turbinibus extinctam acceperunt. Sed qui tandem hanc felicitas contigit ut ultimam metam, qui inscribere liceat non plus ultra, victor attingeret? hoc sane uni D. Thomae concessum: hic unus e Patribus & Ecclesiae Doctoribus ultimas, accensam faciem tulit, & in meta ventorum, turbinumque victriem reliquit, qua Scholae omnes, Academiae, totaque Ecclesia, dum Christiana Religio vigebat, illustrabantur.

Quid enim aliud existimes D. Thomae Summam, quam ultimum Scholasticorum laborem metam, & pene ultimum litem, quo eruditio summo ingenio comparata, & quid maximo conatu possit, probaverit. Verissime enim dixit Postevinus, egregius Societatis scriptor, D. Thomam Summam Theologicae omne tulisse punctum, ac reliquis omnem videri praedixisse viam, qua aliquid, aut augustius, aut plenius, aut brevius fieri posse unquam putent; ut divinitus pronuntiassent exiliterunt haec verba Joannes huius nominis XXII. cum B. Thomam in Sanctorum Catalogum scribi mandasset: nempe nisi B. Thomas alia edidisset miracula, unusquisque Articulus eorum quos scripsit, habendus pro miraculo esset. Atque huius operis primam & secundam partem notat praedictus Auctor, Graecam fecisse Demetrium Clonatum, ut alteram & Summam adversus Gentes pro Christiana Religione.

Verum quibus artibus, aut doctibus Angelicus Doctor affectus est, ut ultimam metam ingeniorum attingere dicit potuerit? Hanc faciem laudem promerit summam in Patres observantia & studio, quibus ita iis sequendis adhaesit, ut pepe in ipsum vestigiis pedes posuerit: ita legendis incubuit, ut quaecumque Christianam Religionem illustrare possunt, fere exhausterit: nec immerito Genadii Patriarcha haec verba scripsit: si quis scripsit D. Thomae animum ad hauriri, huic nullis visis indigere opinor. (b)

Egrege istudus advenit, Lanam quasi limum unum nuncupari, quod inter planetas ultimus, omnium lucem excipiat, veluti omnium capacissimus sinus, quo serii influxus fovetur & temperatur, & rerum interiorum generationibus promovendis disponatur & paratur. Non negaverim equidem, D. Thomam, esse supra ceteros Theologos & Doctores Classicos in altiori gradu constitutum, ultimum esse Ecclesiae Sydus, quintum Ecclesiae Doctorem, infra antiquos Patres, nobisque propinquorem. Sed quid inde contigit, aut quod Ecclesiae emolumentum & commodum, suo gradu, & ordine contulit? Ultimum est Ecclesiae Sydus, velut Luna plena in diebus suis, ut lucem omnium radiolique sine capacissimo excipiat, foveat, temperet, & Theologie Scholastica illustranda & promovenda estimat. Hoc enim postissimum in D. Thomae quotquot, ejus libris evolvens incumbunt, admirantur: quidquid olim aut praclare inventum, aut subtiliter excogitatum fuerat, quae Mystra fidei, securioris Ethicae regulae, & quaecumque Christiana Religio complectitur il-

(a) Thom. Aquin. de Polite Christiana, lib. 2. cap. 6. (b) Apud Lambert. a Font. in Sap. cap. 9. vers. 23.

lustrari possint, ita in unum collegisse, quibus etiam plurima, robur, ordinem, distinctionem addidit, ut unus D. Thomae vox, multitudine per dici possit: & ut apud Ezechielem vatem Angelus similitudinis unanimum nuncupatur, aut ut Hebraicum habet כתיב וזהו חותמו chotem raso quidam intelligunt scilicet unanimum, quod suis doctibus, quibus ceteris eminebat, Dei operibus colophonem imponeret; ita non immerito D. Thomam Summam dixerit Theologicae suppellectilis sigillum, Scholasticorum laborum metam, omnium Sanctorum Patrum Epitomen, quam tamen non aboluit; ut scias Divum Thomam, qui aliorum omnium sapientiae Epitomen fecit, suae seipso dumtaxat minore, efficere non potuisse.

Ex his quae jam fatis explicuimus, non tam conspecti potest, quam evidentiissime demonstrari, eam inesse Divi Thomae Doctrinae securitatem, ut a Summo Pontifice dici poterit verissima Christiana doctrina regula; cum ubique Traditionem spiret, & Antiquitatis simillimam imaginem, qualem antiqui Patres suis posteris exhiberi voluisse, ubique representent. Unde Vincent. Baron. lib. 1. suo Apologet. sect. 1. artic. 2. §. 1. haec de D. Thom. scribit: Doctores communis nomen affectus est, quia viam veram Patrum calcavit semper, & fugit diversicula. Singularissimus quidem est Doctor, & multa recedens, & superioribus facultis ne Doctoribus occulta invenit: Sed hoc Doctoris communitate nulla ratione adversatur. Duo enim in quolibet Doctore distinguenda sunt, nempe sententia, & argumenta quibus propugnatur. Communissimus est Thomas sententia, quia via regia incidit, duce verbo Dei vestigia Patrum sequitur. Singularissimus est inventio argumentorum, a quibus nihil est periculi si desiceret, plurimum est laudis, si officia sunt. Ansequam hoc ille minus loqueretur, nudiavit & consulsit oracula Scripturae, quibus exceptis migrare cepit, habens ingenio suo laxavit, sine lapsu aut erroris periculo, quia securus erat vis qua incedebat, recta Patrum, ut non nisi laudem quidem unquam permisit sibi recedere. Verum plurima superflua, a quibus minime abstinere aequum sit, quae Doctrinae D. Thomae securitatem, & ab omni errore, censurisque immunitatem egregie confirmant.

§. IV.

Nihil unquam in D. Thomae reprobam censura opportunum: omnia sine ullo proflus errore conscripsit. Clemens VIII.

Nescio quo malo fato, quod litteras scientisque insequitur, aut veritas, quo ingeniorum vitio, quod hominibus suae mortalitatis exordia, difficultatem recti, & ignorantiam veri, ut inquit Augustinus, offendit. Pauci sunt inter Scriptores Ecclesiasticos, in quibus aliqua non desideres, & quos non minus ingenii erroribus, quam alios corporum & naturae defectibus homines fuisse non agnoscas. Non is sum qui SS. Patrum, quos summe venerari partem Religionis duco, aut graviores lapsus, aut leviores navos notare velim? Sed negare non possunt, esse maxime excusare velim & benignissime interpretari contendam, quin in scriptis Ecclesiasticis multorum magis nominis PP. ut notat Sixtus Senensis, caute, ac suspensio pede, & anhelitu temperato, ut de magno Antonio Eremita speluncam subeunte dicebat Hieronymus, progrediente sit; ne in sententias parum tunc, & ab erroribus Philosophorum non satis alienas, & remotas, postissimum Platonis, quem antiqui Patres admirabantur, interdum impingant. Verum uni D. Thomae vere divino viro, tanta asseruntur, & sententiarum securitas contingit, ut neminem unquam huius scripta legisse, hunc elegit Magistro cum adhaerere, penituerit: & in huius scriptis cuilibet positum omnium erroris periculo, expeditoque gradu expansari liceat, veluti per viam regiam, communi Ecclesiasticorum Patrum inceptu triam, omniumque vestigiis impressis notam. Felicitur nec sine divino consilio, inter Ecclesiae Patres ultimum fuisse arbitror, ut collatis inter se magnis illis viris, Ecclesiae Magister, unus sententiam alterius sententia ita temperaret, ut omnino congereret, ut sine ullo proflus errore scripsisset dici potuerit.

Et vero, quid in tot ingentibus voluminibus, quae scripsit in omni fere disciplinarum genere, & quae per annos quadringentos ab emulis, quos tanti viri fama & eruditio magnitudine excitantur, inimicis plane oculis lecta, & ad examen vocata sunt, vel levissima censura opportuum reperit? Sed quid in Conciliis Viennensi, Constantiensi, Florentino, Lateranensi, & omnium celeberrimo Tridentino, quae post D. Thomae obitum in orbe celebrata sunt, nisi juxta D. Thomae mentem definitum est? ut recte ab Episcopo Transeni dictum fuerit plures D. Thomae articulos in canones ab omnibus credendos transiisse. (c) Quis unquam in profligandis haereticis majorem opem Ecclesiae tulit? Novem, cui illud ingens Ecclesiae defendendum incumbere, & quod D. Thomae praesidia operum expertus, praecipuam laudem profligat haereticis, & defensis Religionis, Sanv

(c) Apud Thom. Aquin. lib. de Polit. Civit.

Divi Thomae

Sanctissimo Doctore tribuebat: Injuxta scriptorum stylos militavit Ecclesia, haereticorum vela feliciter eludit: quod & in Concilio Tridentino, palam omnibus fuisse inquit, ubi is e cujus partibus Angelicus Praeceptor stabat, fere vicisse arbitrabatur. Noverat & ille acerrimus Ecclesiae hostis, quo nullum doctorem inter suos Heterodoxi agnoscent, Bucearus, qui nihil in Ecclesiam fide moliri, nihil tentare posse, nisi sublati Thomae, iustebatur: Tolle Thomam, & dissolvo Ecclesiam, quamvis ea Ecclesiae firmitas, non Divi Thomae sed Verbo Divino, Scriptura Sacra, Traditioni, & Patribus tribuenda sit, quorum unus D. Thomas vires omnes exegerit: vere Machabeus alter, qui gladio suo castra Domini protegit: (a) etenim fortior, qui dtingentes interfectis impetu uno: etenim una, D. Thomae carereus Geonem est sparsus manu. (b)

Sed duo sunt, quae minime praeterire debeo, quibus D. Thomae gloriae nonnulli detrahi videri possent, cum tamen repleta in immensum eam augeant. Primum est, olim ab Academia Parisiensi aliquot articulos censura notatos, quorum plurimi ad D. Thomam pertinebant: alterum est D. Thomam de Conceptione Beatae Virginis aliter scripsisse, quam Academiae Scholae, Theologi, hic tempore sentiant, & quam pluri perique Sanctissimum virum scripsisse vellent. Verum fateor me nihil majus in D. Thomae agnoscere, & mecum cordatos viros senfuros non dubito, si utriusque causa, & late quondam censura Parisiensis, & quaestio Theologica de Conceptione Beatae Virginis exitus spectetur.

Verum equidem est, quorundam falsam interpretationem, aut verius factionem, agentibus S. Doctores amilios, quos male habebat sparsa ubique fama tanti viri, qui Universitates, Orbemque suis scriptis, suaeque eruditione, & olim Orpheus sylvas, ferocique homines, voce & sapientia pertraheret; ab Academia Parisiensi censuram extorsisse in aliquot Articulis, quorum plurimi ad Divum Thomam auctorem pertinebant, cujus nomen tacebant, ne Academia quae Sanctissimum virum summa veneratione ut Magistram prosequeretur, & ut illum compelleretur amore, a ferenda censura abstinere. Sed quid sane effectum est, aut quod inde commodum Adversarii reportarunt, nisi, ut ea censura, velut ignis probationem, clarior D. Thomae doctrina evaderet? Etenim reclamantibus S. Doctores Discipulis, majori otio & diligentia, evocata est ad examen D. Thomae doctrina, nihilque in ea reperit, quod ad ipsum pertineret, errori censuraeque obnoxium? Unde & immaturus iudicium quod laudam fuerat, ipsa Academia retractavit, magnisque laudibus coram amplissimo concilio Archiepiscopi Viennensis, Parisiensis Episcopi, & totius Cleri, Sanctissimum Doctorem celebravit, tanquam splendidissimum lumen Ecclesiae, ac divinae fontem, Scholae Parisiensis ac omnium Christianarum lucidissimum candellabrum, unde omnes fideles sanctae vitae, & sanctae doctrinae lumen accipiunt. (c) Magna fere commendatio: O signe insigne Academiae insinuationum! O probatio pro pluris facienda, quod Sapientissimi Patres, re maturius discussa, & acuti iudicio expensa, statim antea censuram retractarunt, ut illud fidei vicium in Sancti Doctore commendationem usitare liceat: Venit ad re curvi filii curvi qui humilitatem suam, & deriditabant ibi.

Ad alterum quod oppositum foret, advertendum est, D. Thomam de Conceptione Beatae Virginis fecus scripsisse, quam sentiant moderni Theologi, ac demonstrandum, nihil gloriae Sanctissimi viri deperire, sed in immensum augeri, cum unus toti Orbi litemus opposi potuerit, & definitionem Ecclesiae, quam Principes artibus omnibus arguent, haerentis retardaverit. Argumentum hoc fuisse proferentis est P. Baronius Apolog. lib. 1. sect. 1. art. 2. §. 4. a quo haec fere istemque verbis desumo.

Sane mirum est ea auctoritate valuisse Doctorem unum, retragantibus ceteris, tantumque ponderis Pontificis unius sententiam obtinuisse, ut per trecentos, & ultra annos, totus orbis Christianus, Populi, Principes, Reges, Academiae, Urbes, Regna, unam rem, quae si Virginis parenti plurimum gloriae, nihil Religionis fideique detrimenti afferret videtur, omnibus artibus praeferat eam sententiam decideri & dirimi possent, nihilque huius causa non moveant, & tamen nihil haec una a Sancta Sede de fide tenendum, & sanctum imperarint. Sed tandem quaecumque exitum res habuit sit, nullum inde datus, maximum laudem D. Thomae reportabit. Vel enim tandem evincet, quod longissimus & continuis precibus omnia pene mundi regna, & legationibus Principes efflagitant, vel qui toties negatam definitionem urgent, semper patienter repulsi: si hoc postmodum contingat, quid excogitari potest illustrius, quam unus D. Thomae sententiam, pluris Ecclesiae facere, quam totius orbis vota, & Regum praesces? quamvis exitum dicitur sit, illum honorem non tantum D. Thomae quibus ipsi Sanctis Patribus haberi, quos dabitum est ex ea parte fuisse pro qua D. Thomas non pu-

(a) 2. Reg. 23. (b) Seneca. (c) Salmastius in Opus. exortat. Thesl. Cones, Tent. I.

gnavit: cum omnibus persuasum sit, pro Scriptura, Traditione, Patribus, Sanctissimum virum antiquitatis tenacissimum semper decertaesse. Si tandem Regum, Principum, Academicorum, Theologorum, apud quos jus est, ut a S. Sede iudicium petant, Summi Pontificis precibus se flecti sinant, & contra D. Thomae mentem de ea controversia aliquid statuant: certe non cadet inglorius, quandocumque per tot annos, infinitis propemodum pugnantium fuerit, ut unas vinceretur. Neque sane victus unquam dicendus erit: si quid enim de ea Pontificis, aut Concilia statuant, vel juxta perpetuum & tenacissimum Conciliorum & Pontificum morem, ex Scriptura & Traditione decernent, & rem quasi expresse contentam, aut necessaria consecutione deductam, desinant: vel prae antiquas leges, ex aliquis Scripturae loci interpretatione mystica, aut nova revelatione hanc controversiam diriment. Ut sese res habeat, nihil D. Thomae gloriae deperit. Si nova fuerit revelatio, quid mirum fuisse D. Thomae ignota a quadringentis annis defuncto, antequam ferret, aut illi fides haberetur? Si ex interpretatione locorum Scripturae mystica definitio prodeat; quid etiam mirum, si D. Thomae nihil ea moveretur, cum omnino certum sit, interpretationem Scripturae mysticam, ad confirmandas vel delinendas res Religionis & fidei, nullam habere vim, nisi accedat Ecclesiae definitio? Si demum in Scriptura & Traditione a Christo per Apostolos, Patrumque seriem perpetuum recepta, haec veritas latebat, unde oportuerit eliciri; certe non vertetur vitio Doctore Sancto ignoralis rem adeo obscura Traditione latentem, ut trecentorum annorum studio & imagine, infinitis propemodum libris editis, Theologorum concertationibus, Academicorum consultationibus, vix erui potuerit.

Agnosci igitur (Erudite Lector) in ea duplici causa, lata quondam censura in aliquot D. Thomae Articulis, & huius quaestio Theologicae de Conceptione B. Virginis, quae potissimum reprehensio, & censura opportuna videbatur, & in qua prae eos quos eadem instituti ratio ad defendendum D. Thomae impellit, etiam ceteri qui in Sancti Doctore verba jurant, hanc quantorem excipiunt, in qua malum sententiam quam magis piam arbitrantur sequi. In ea, inquam, duplici causa, nihil gloriae Angelici Praeceptoris deperire, maximumque inde gloriam in ipsum derivari: cum & censuram Academiae Parisiensis retractaverit, & Pontifices nullis precibus, aut votis, se moveri sinant, neque haerentis ultra censura D. Thomae sententiam notari passi fuerint, relicti illis sine probabilitatis integritate salvitque iuribus.

Atque hic monitos velim, qui interdum Sanctissimi Praeceptoris asseriones, quas vix in transitu veluti contemptum desinant, levissimis momentis reprehendunt, & paribus argumentis se dejectos putant: si majori otio & diligentia quam assequende veritati in rebus difficultibus, adhiberi par est, fessitotique partium studio, si examinandis indocantibus, asseverare autem, eos sese propterea iudicii accusatos: cum & celeberrima totius Orbis Academia, quorundam e suis Theologis, quos vel error, vel emulorum Sancti Doctore fraudes deceperant, censuram revocaverit, totaque adhuc Ecclesia in dirimenda controversia praeter, aut contra D. Thomae sententiam, adhuc haerent, est definitioem Populi, Principes, Reges, totusque Christianus Orbis, precibus votisque omnibus flagitent.

§. V.

D. Thomae Doctrinae ex plenitudine & methodo commendatur: In omni fere disciplinarum genere miro ordine conscripsit. Clem. VIII.

Egrege Sixtus Senensis a Bibl. observavit, D. Thomae quatuor inter se implicabiliter pugnantibus, indissolubilibus pacis fœderis conjunctis: brevitatem, copiam, claritatem, & firmitatem, quae nulli unquam litterarum Professorum, vel ante, vel post eum, contigit emulorum. De securitate, & ab omni errore immunitate, praecipua scriptoris Ecclesiastici dote, jam satis egimus: claritatem & perspicuitatem nemo melius intelligit quam qui D. Thomae scripta legit, & cum Antiquorum libris, ac etiam eorum interpretum commentariis, quibus illustrari debuerant, contulerit: nulli enim quaestio nullius Theologiae apertior resolutio, quam in D. Thomae: nec iple in alio, quam in seipso, clarior & facillior. Sed eam claritatem mirabili methodo affectus est, qua nemo unquam ad ipsum accessit. Adeo enim praclaro ordine, res omnes quae tractantur, disposuit; tanto inter se nexu conjunxit, ut aliquid ex alio, posterius est prioris, non solum pendeat, sed etiam lucem accipiat, ut nec Euclidis, & Geometre ceteri, magis constanti & perspicuo ordine res pertractant, quibus constitutum est nihil supponere, omnia demonstrare, & ex prioribus sequentia definire. Et ne praetermittam, quod a me primis editionibus observatum fuerat, praclaro illo ordine quo Summam Theologicam disposuit,

Commendatio Doctrinae

ita Angelorum motus amatum fuisse videri potest, ut vel ita ratione merito Angelicus Doctor nuncupari possit.

Animadvertit D. Dionysius Areopag. 4. de divin. Nomin. Angelos, quorum operationes sub imagine motuum describit, triplici motu moveri, circulari, recto, obliquo. Dum perpetua circa Deum, vegetatis & amoris centrata, contemplatione & amore veluti undequaque feruntur, & ut inquit Areopagita, charam agunt, dicuntur motu circulari moveri: cum vero inferiores res cognoscunt, quarum iis cura demandata est, suaeque studia illis promovendis & regendis conantur, recta veluti linea pertractant, & recto motu feruntur. Cum denique utrumque motum miscent, & ex ipsa Dei contemplatione, unde rationes agendi accipiunt, creaturis inferioribus operam suam impendunt, obliquo motu ex utroque recto & circulari mixto moventur.

Triplitem illum motum non solum Angelicus Doctor ex Dionysio dicit, illumque 2. a. quest. 130. artic. 6. explicat, sed etiam ordine quem in pertractandis rebus Theologicis observavit, est imitatus. Etenim dum prima Parte totus in divinis est, de Attributis naturae divinae, de Personis Trinitatis disputat, & circa divinum illud centrum circumquaque agit, & nunquam ab eo deflectit; an non motu circulari movetur? Sed cum de Deo rerum efficiente, de creatione, & creaturae intellectualis actibus, virtutibus, gratia, legibus, quibus ad unum finem consequendum tendit, disputat, juratur, dirigitur, anon metu recto ferretur & movetur? Sed demum cum ultima sua Theologiae parte de mysterio Incarnationis agit, quam Augustinus Epistola ad Volusianum Dei & hominis mixturam vocat, negaverit quis obliquo motu & ex utroque recto circulari mixto moveri? Haec de methodo & ordine quo Divus Thomas ita Theologiam omnem disposuit, ut ceteris sacrosanctis & commodiore nunquam rependi spem omnem asulerit.

Sed quis unquam beatissimum illum copiam & rerum plenitudinem aut mente complectatur, aut sola lectione delectetur, vel suis oratione commendet? Ea est, ut videtur, postea scientias omnes in unum D. Thomae capacissimum finem convolvit, & ut de Augustino dicitur Volusianus, bene lege Dei desitit quod Divus Thomas desitit contingerit. Quid enim ex his, quae Philosophia & Theologiae ambitu, quae latissime patet, continentur, & quae eruditissimum quemque efficere possent, in Angelico Praeceptore desiderat?

Si Scholasticam velis, quae Religiosis mysteria & fidei, tenebris methodo explicat, invisiabilis argumentis defendit, summo rigore definit, & veluti ad vivum fecerit: Eam sibi omnino partem vendicavit, in ea regnat; nec a vero ergastio, qui dicitur D. Thomae Summum; Davidicam sicut esse adhibent, cum propugnaculis (a), seu ut Hebraicam habet מְדִינָהּ, id est, ut tripliter interpretatione fecundissimum vocem explicem, velut armamentarium omni armorum genere instructissimum ad defendendum: Velut speciem artis, unde exactissima regula peti possint ad docendum: veluti ingens miraculum, quod in admirationem intuentes rapiat, & praeparat ad suspensandum orbem: haec omnia in D. Thomae Summum, qua post Scripturam sacram nullam magis absolutum opus, nec majorem thesaurum Ecclesia habet, verissime cadunt: Nec minus uno Angelico Thomae hujus loci Chaldaica Paraphrasis convenit, quae absolutissima sanctissimi Praeceptoris panegyris eximiarum possit, & quam interjectis quibusdam explicis, Principe Scholae (b), uno omnium ore conclamatus: Magister tunc fortis in justitia, ac eximia sanctitate, quam indissolubili federe cum sapientia conjunctum; Magister honorum operum, & Ethicae Christianae, dum certissimas regulas morum, & virtutis imaginem in suis scriptis reliquit, qualem ipsa optasset, si voluisset mortalium oculis exhiberi: Per verbum ejus adhaerentem est factum, & universis Christianis orbis, qui desensam religionem, victam haerem, instauratam pietatem, sub D. Thomae auspiciis, & ad summum culmen evectam Theologiam vidit: In doctrina legis in qua laboravit, confidit populus Israel, & Ecclesia filii, qui non alium fortorem ducem, & antesignanum agnoscent, & cujus praesidii amplexu bello, quasi essent tenentes manibus suis omnium generum amorem fortium. Non puto haec unquam de alio quam de sanctissimo Praeceptore verius dici, cui & scientia Scholae principatum ultra omnes concedunt.

Et sane, ut non ultimam Theologiae Praesidium Philosophiam adjuvamus, quae felicitas unquam Aristotelem interpretatur est, de rebus Logicis, Physicis, Metaphysicis, Ethicis, Politicis? Ut merito viri sapientissimi Aristoteles mentem & vocem D. Thomae agnoscant, sine quo Aristoteles mutus videretur, & quod magis optandum erat, Aristotelem insensibilem Religionis hostem, olim a Patribus habitum, ita conciliavit, ut non alius plura fidei arma subministraret, & pro ea tuenda acris decerneret.

(a) Cant. 4. (b) Apud Thom. Aquin. supra.

Sed quis plura Theologiae Mystica arca & mysteria scripsit, tum in Dionysii commentariis, tum aliis Opusculis de Beatitudine, de dilectione, tum plurius questionibus, de donis, de Prophetia, de rapto, de utraque vita activa & contemplativa? quibus omnibus (quod multis, qui in eo genere scripserunt, deest) parem cum pietate soliditatem conjunct.

Scripturam vero fere omnem perpetuis commentariis illustravit; ac praecipue difficillimum totius Scripturae librum Job primus ad litteram explicuit, primisque ceteris glaciem fregit; ex quo eruditissimus quidam Interpres, cujus nomen taceo, multa, ut annotavit D. Antoninus, desumpsit. Ea vero & eruditione & felicitate explicuit, ut quod inquit Posslevinus de Comment. D. Pauli, nihil relinquitur intrinsecum, perpendendum omnia, partitur, conneclat: Sacris vero litteris concinendis tam multus est, ut videntur bene illi menti divinarum Scripturarum universas paruisse campus, quem pro suo arbitratu decurreret.

Sed erunt forsitan, qui Divum Thomam existimant, ita questionibus & concertationibus Scholasticis immortatum, ut putent parum lupus lobis suis usui esse posse, qui e iugellum ad populum conciones habuit. Verum qui in ea sententia versantur, vix se probant sanctissimi Praeceptoris libros summi oculis legisse, vel procul a limine salutasse. Sane Didacus Stella nobilis Scriptor Francicae Familiae, luculentum Tractatum de malo concionandi cap. 2. non dubitat D. Thomam cum D. Chrysol. componere, & utrumque ante ceteros Concionarios commendare: tu namque duo Doctores, inquit, sine concionari pro omnibus familiaris, & sodales. Ille namque D. Thomas variis & acutis disputationibus indagando, veri culmen attingit, ut est magis Scholasticorum, & inter omnes morales conceptus ad pulpitum spectantes melius excitat. Idque etiam postea longa inductione demonstrat. Quid enim de Mysteriis fidei & Religionis, Vitae, Passionis, mortis Christi, quae proponere populis & explicare necesse sit, quae in D. Thomae fuisse pertractata non reperias? Sed si quis futilioribus conceptus amet, hique delectetur, quantum corum materiam prima Pars de divinis Attributis, de Visione, de Trinitate, & Angelis, de opere sex dierum, subministrat? Sed inter ceteras partes Auctor supra laudatus Primam secunda, ubi D. Thomas luculenter de Vitis, eorumque causis, effectibus, subjectis, pensavit, ut longe utiliorem commendat: Haec, inquit, librum inter reliquos D. Thomae pro oculis semper habeo.

Angelicus igitur (Eradite Lector) nihil plane corum quae doctrinam seu Philosophiam, seu Theologum, seu Scripturam interpretant, seu Ecclesiam efficere possunt, in D. Thomae desiderat. Sed tam plenitudinem multo gratiorem efficit summa varietas, quae fatigatum interdum animum, tum rerum majestate & obscuritate quas pertractat, tum soliditate & subtilitate argumentorum quae exerit, accitis undique ex Scriptura, ex Patribus, ex Philosophis, relevat, recreat, & ad profusanda cetera vegetiorem reddit. Mirum est, inquit Posslevinus, quam ubique doctrinam, scientiam, pietatem, memoriam, eruditionem, & gratiam & Arabibus Philosophis, & Latinis, veteribusque novi Testamenti interpretibus pietatis spleret, ut certe hemo sit, qui cum D. Thomae ubi ubi ab ubertate & copia contendant: & merito de D. Thomae, quod de magis Viris D. Hieronymus, dixerit: In tantum Philosophorum doctrinis & sententiis suos libros implevit, ut necias, quid in illis prius admirari debeas, an eruditionem sacrali, an cognitionem Scripturarum.

Sane cum insipientem bene illum rerum multitudinem, in uno D. Thomae intueor, subit in mentem quod de Basilio Magno Theologus Neozianus dicebat: Quodnam doctrinae genus non est personatum: ita in cunctis est versatus, quemadmodum nemo unquam in uno: ita singula calcavit, nunquam cetera ignoravit. Et demum ita indefesso studio, sanctorum Patrum, Philosophorum, Poetarum, omniumque in omni scientiarum genere Scriptorum, sententias sensumque omnem delibavit, ut verissime quidam in ipsam hos Poeta cuiusdam de Nilo versus retulerit:

Quod ex omni foveis sollicitatis istus, Hoc Nilo natura refert: totumque per orbem Collecta partes amorem recitantur in unum.

§. VI.

Summa Divi Thomae Doctrinae commendatio, quod tantum ipsi tributum sit, ut Divinum illud Christi Domini habeat testimonium: Bene scripsisti de me Thomas. Clemens VIII.

Quam magnus dicendi locus pateret, si eloquentia figuris uti vellem, quas certe nullam unquam dignum argumentum, aut patri posse, vel ut postulare videretur. Verum initio monui, me ubique Theologi partes acturam, valere jussis is ornamentis, quae etiam adhibere vellem, nulla rei dignitati & magnitudinis paria reperire.

Divi Thomae.

perire. Quare, ut suis momentis hanc D. Thomae Doctrinae singulararem commendationem, summaque fide expendam; ex his qui majori diligentia Sancti Doctoris vitam & res praeclare getas diligenter notari velim, non seniel dumtaxat, sed ter varietate in locis D. Thomae, Christi Domini voce, sua scripta probari & commendari audivisse: Primum quidem Parisius, cum difficilis apud Theologos ea tempestate questio ageretur de speciebus Eucharisticis, & accidentibus, quae post conversionem substantiae panis in corpus Christi, sine subiecto subsistunt. Cum enim in variis Theologi sententias irent, nec uni adhererent, quo omnibus probaretur, & ceteris prior videretur, communibus votis controversia dimittenda ad Sanctissimum Doctorem reposita, quem praeter eruditionem summo ingenio comparatam fama erat de rebus difficultioribus divinitus factae revelatione edoceri. Communi Ecclesiae bono, & Academiae paci futuram utilem provinciam suscipit; longa meditatione secum versat Philosophiam cum Fide concordant, quidve utriusque principii consistantiam magis in ea res attendendum videretur. Quantum conari potest rem omnem explicat, scriptisque mandat: Sed ne in questione gravissima, quod in ceteris solent, praetermitteret; coram Sacratissimo Sacramentali Altari charta reposita, Christum orat, ut si veritatem tanti mysterii attingere, quae scriptis grata habeat, certisquae probari velit: sin minus, non sinat unquam in lucem eidi. Cum hanc orationem tota animi contentione emitteret, visus est cubiti altitudine in aera ferri; auditaque esse hanc Christi vox: Bene de ea re scripsisse, quantum mortali homini concedi potuit: atque lupus miraculis plurimi qui aderant, oculati testes fuerunt; a quibus ea scripta D. Thomae, quo plausa, qua gratulatione excepta fuerit, post audiam Christi probantis vocem, magis coniecti quam dicti potest. Idem alias in Italia & urbe Orvietana contigit, cum Officium Sanctissimi Sacramentali iussu Urbani IV. a se editum, antequam Pontifici offerret, in Altari repositisset: tum enim simili Christi voce probari audivit. Sed omnium celeberrima commendatio Neapoli contigit, cum tertiam Summae partem deduceret, & quae unquam in eorumque Ecclesiae bonum, fideique defensionem scriperat; Deo coram Sacra Crucifixi imagine offerre: tunc enim insigne illud miraculum accidit, ut imago Crucifixi vocalis efflata, hanc vocem ederet: Bene scripsisti de me Thomas, quam ergo mercedem accipies? Cui voci Sanctissimus vit hanc reposuit: Non aliam, Domine, nisi scriptis: atque in hujus miraculi aeternum monumentum, Imago Neapoli fecerunt, collatis a Summis Pontificibus Indulgentiis, locum adentibus, in quo haec Imago miraculo celeberris altetur.

Haec quantum ad historiam veritatem, Quantum vero inde laudis & gloriae in S. Thomae redundet, quantum ea Christi commendatione ceteros Theologos superet, quaeque facillimae intelligit, quam ego dixerim. Recte Div. Chrysol. ut hic referunt Salmaticus in Orat. exhortator. D. Joannis gloriam supra ceteros Prophetas inde reperit, quod a Christo commendari meruerit: Jam, inquit, incipit dicere causas propter quas amplius erat quam Propheta. Et Joannes, qui talem meritum habere laudatorem. Cur vero D. Thomae supra ceteros non dixerim, quia scripta toties Christi Domini voce probata sunt, qui talem meritum habere laudatorem? Non addam quae expendant Salmaticenses in ea figillatim verba, Bene: recta scilicet methodo: summa perspicuitate, majore veritate, & quantum quis mortalium consensui possit: Bene Ecclesiae, quam scriptis defendit, & cui est clypeus & tellus loco: Bene Academicis, quas ut fulgentissimum sydus radis illustrat, ceteris quo ante potuisse nunquam negavit: scripsisti de me, mea scilicet Divinitate, essentia, Attributis, Personis, Incarnationis mysterio, Sacramentis, Gradibus, & ceteris, quae ad Christum fide hominum servatorem, seu Ecclesiae Caput quocumque pertinent. Haec atque ejusmodi sciens & volens praetermitti: sed non praeterire non debet, propius intincto Theologo, quem acturam me promissit: quia scilicet ex ea Christi voce, D. Thomae doctrinae securitas contingat, & concilietur, ut merito a Pontifice dictam fuerit, ceterorum Theologorum doctrinam, qui secus sentiunt quam D. Thomae, & una dumtaxat, excepta canonica, ceteras; D. Thomae doctrinam veritate sustentantur longe superet.

Etenim neminem latet, Religiosis fideique omnes veritatem, & securitatem earum rerum, quas credendas Ecclesia proponit, ex divino Verbo, divinitus revelatione rependendam esse; unde illud Richardi a S. Victore specie anax, re ipsa veritatem pronuntiatum, Domine, si error est quod credimus, a te descripti sumus; cum una ratio credendi sit divinum testimonium. Absit ut D. Thomae doctrinam equare, & illis dotibus parum facere Scripturam velim, cujus singula verba a Spiritu sancto dictata, & Scripturarum canonicis scriptionum solum innumerantibus excepta, purissimum Dei verbum continent. Verum quae magis infra Scripturam sacram, ad

eius majestatem, & securitatem accedere potest, ea quae Christi Domini voce toties probata est: ut nobis, qui haec tenaces sumus, cetera quadam ratione dicere liceat, Domine si error est quod credimus, a te descripti sumus? Sed quod errandi periculum subesse potest? Enim vero si proflus & verius agamus circa invidiam & adulationem, quis sibi nunquam suadeat, eam doctrinam a Christo bene scriptam pronunciarum, quam certo sciret ex parte falsam esse, & praecipua bene scriptiois dote & laude carere? Atque ut exemplo res fiat manifestior: si quis de tribus vel quatuor propositionibus iudicium & sententiam a viro sapiente & erudito peteret; quem non lateret e tribus alteram falsam esse, quis dixerit, cetera veritatis noxam & grave dispendium, posse iudicio indistincto, & quod eas omnes aequae assiceret, bene scriptas pronunciarum? At vero non est existimandam, propositionum multitudinem posse aliud iudicium pati, cum Christus infinito lumine quocumque scriperat D. Thomae, majore claritate perciperet, quam eruditus quisque unam vel alteram assertionem. Attamen unum moneo, non eo sensu haec omnia accipienda esse, ut ideo omnia D. Thomae principia, tum assertiones, omnino compacta & tantum de fide non tenenda, contentam aut velim. Sane, ut inquit Philosophus, non omnibus par inesse veritas potest: necesse est plures assertiones vel a principis remotissimas, vel quae minime necessaria consecutione conneclantur, intra probabilis terminos contineri. Igitur hanc Christi voce S. Doctoris scripta probantis effectum est, ut omnibus assertionibus principium in suo gradu major certitudo vel probabilitas accederet. Audire possunt, & debent interdum ingenii exercendi gratia ceteri Theologi; sed necesse est Angelico Praeceptorum palmam concedere ceteros Theologos; qui nec sanctitate, neque miraculis in commendationem eius doctrinae editis, unquam contendere possent. Et sane quid S. Doctoris discipulis post eam Christi commendationem timendum sit? Recte D. Hilarius inquit, Non sibi illi per falsam qui veritas est. Atque etiam illud Divi Bernardi non immerito posse asserere mihi videor, cum mundanos homines & peritiam rerum cupiditatis implicatos, hoc argumento perstringit, aut mundum decipi, aut Christum errare necesse est, cum omnino opposita sentiant; errare Christus, ipsaque veritas non potest: Ergo mundum decipi & errare necesse est.

Nolim plura subjungere, atque hoc argumento D. Thomae Adversarios perstringere, ne injuriam is scilicet videri, quibus magno ingenio & acuminis praeditis, suum honorem invidiosaque laudem negari nolim. Sed boni & aequi consultores puto, si D. Thomae ceteris qui in Scholis audiuntur & regnant, ea laude superiorum omnino dixerim, cui ceteros equitatem me corum, cum Deus miraculis, Christus sua voce, coram scripta probaverit.

§. VII.

Illustrata Summorum Pontificum de D. Thomae Encomia.

Summorum Pontificum commendationes, & encomia quibus sanctissimum Praeceptorem celebrant, tam multa sunt, ut si omnia referre vellem, res esset Lectori tedii plenissima: si praecipua recensere, labor supervacaneus; cum passim ubique legantur, & jam plurima in argumenta capitum recensuerim. Silere tamen omnia non possunt, nec debet: potissimum, quae Adversarii reprehendant, aut negant; vel quae ob nimiam vilitatem vix ullibi integra reperiantur; vel quae adeo recentia sunt, ut nullas dubitandi locus reliquas esse possit.

Sed iis omnibus hanc observationem praemittendam esse existimo; scilicet Pontifices, cum D. Thomae doctrinam infusione comparant, ab omni errore immunes, carissimam Christianae doctrinae regulam pronuntiant, non agere oratores, suoque genio indulgere, adhibitis dumtaxat Rhetorice ornamentis; nec privato dumtaxat studio, neglectaque veritatis cura, suo in sanctissimum Doctorem affectu obtemperare: sed pontificia auctoritate, & ut Ecclesiae Pastores, quibus incumbit doctrinam explicandae fidei, religionis defendendae, sciendae fidelium pietati opportuniore deligere, & proponere sequendam; quo loco habendus sit D. Thomas inter ceteros Theologos decernere.

Etenim neminem latet inter plurima manera, quibus Summi Pontifices impendit student, insigne ut Ecclesiae Pastores tota quae valent auctoritate utuntur, quaque fideles asserunt, haec praecipua recensere: cum aliquem in Divorum numerum alibique referunt, cum festos dies Divis sacros & celebros institunt; cum demum aliquem in Ecclesiae Doctorem habendum decernant: in his enim cum totius Ecclesiae bono & saluti proficiant, necesse est Pontifices ut Ecclesiae Pastores decernere, & imperare supra quae valent auctoritate in adificationem Ecclesiae: Unde & necesse est ea prono animo a fidelibus excipi,

excepti, & diplomatis Pontificis de ea re scriptis fidem haberi, quam si quis negaret, se certe venerit asserere, cum rationem sibi ea scriptura sibi vendicet, quam si a Pontifice ad privatum Doctorem dicerentur, maximeque infra veram definitionem robur habeant, si possintque quomodocumque sint, ut ad substantiam Ecclesiae doctrinae nonnulli, quomodocumque integritas doctrinae, de qua nihil dubium quin plenissimum Ecclesiae jus restitutum sit de ea decernendi.

Hoc itaque principio constituto, veluti Majori argumenti propositione, altera facile subiungi potest. Joannes XXI. cum Divum Thomam in Divorum album retulit, iustitiam in factis Ecclesiae hujus non scribi dixit doctrinam Divi Thomae specialiter infusione fuisse comprehensam. Pius V. cum Divum Thomam Doctorem Ecclesiae numero accessit, iustitiam pariter illi cum ceteris honorem haberi dixit certissimum esse Christianam doctrinam regulam, qua sanctus Doctor Apostolicam Ecclesiam infusis virtutibus hauriret. Clemens VIII. cum D. Thomam in verbis Neapolitanae Patronum dixerat, Festumque sacrum instituit, dicit doctrinam Divi Thomae singulari ordine, mira perspicuitate, sua solo proferri errore conscriptam, in qua inscribenda intervallo sancti Apostoli Petrum & Paulum collocaverit, locoque illi conveniente Dei iusta habuisse. Igitur cum Pontifices D. Thomam tot laudibus celebrant, quibus similes in aliis nunquam collatas legimus, non existimandi sunt privato dumtaxat studio & affectui obtemperasse, vel oratoris arte tot encomiis sanctissimum Virum celebrasse, sed ea quae valebant auctoritate, hujus doctrinam omnibus dotibus quas enumerant praestantiorum, & tuiorem ceteris praevulisse. Et si tamen (quod iterum moneo) non ita haec omnia accipienda sunt, ut quaequam D. Thomas scripsit, omnino pro veris & competentibus haberi velint, ceterosque Doctores classici in scholis audiri prohiberent. Sane quidem omnibus honorum servari velint: sed unus D. Thomae doctrinam reverentiam, pietati fovendam & propagandam fidei opportuniorem esse pronuntiant: eique tantum robur tribuunt, quantum inesse potest illi veram definitionem, quod olim Innocentius VI. dixerat, D. Thomae doctrinam praeter cetera, una excepta Canonica, majorem habere securitatem. Haec observatio praemissa, inter cetera quae referre visum est, alteram est. Illud elogium Innocentii VI. qui concione habita de D. Thomae Aquinate, qua cum plurimum Salomonem huncavit, dicit hujus doctrinam praeter ceteris, excepta canonica, habere propriamque verborum, rationem dicendam, virtutem fortissimam: haec ut quae cum sequenti fuerit, immensum incrementum, & certissimum deus, & qui non impugnavit, semper fuerit, de fidei salute. Hoc D. Thomae elogium male habet Adversarius, qui his verbis se perstrinxit tamquam falsitatis & erroris suspectos conqueat, unde omnino negant esse omnino ore scriptique celebratum, aut extitisse extitisse nunquam illud Innocentii VI. elogium, sed suppositum esse, & a Discipulis D. Thomae ad infidiam Adversarius constandam, fuisse constitutum.

Verum teitem profero, qui fidem nostram liberabit, nihilque a nobis ea parte temeratum probabit, Laurentius a Ponte Clericus Regularis in caput 9. Sapientiae, boni reg. ubi sic habet: Illud formosum, ut ab originali scripturae fuerit, immensum incrementum, & certissimum deus, & qui non impugnavit, semper fuerit, de fidei salute. Hoc D. Thomae elogium male habet Adversarius, qui his verbis se perstrinxit tamquam falsitatis & erroris suspectos conqueat, unde omnino negant esse omnino ore scriptique celebratum, aut extitisse extitisse nunquam illud Innocentii VI. elogium, sed suppositum esse, & a Discipulis D. Thomae ad infidiam Adversarius constandam, fuisse constitutum.

Vindicato hoc elogio, visum est praeterea Bullam Urbani V. ex Archivis Academiae Tolosanae extractam, qua D. Thomae doctrinam, ut veridicam, & Catholicam probat ubique ab Academiae propugnari & defendi, cuius dumtaxat aliqua verba apud Auctores reperiantur, hic integram referre.

BULLA URBANI V. EX ARCHIVIS ACADEMIAE TOLONSAE.

Urbanus Episcopus, servus servorum Dei. Venerabili Patris Archiepiscopo Tolosani & dilectis filiis Cancellario Ecclesiae Tolosanae, universisque Magistris & Doctoribus, ceterisque Clericis & Laicis, in Civitate ac Provincia Tolosanae commorantibus, salutem & Apostolicam Benedictionem. Laudabilis Deus in Sanctis suis in sui maiestate mirabilis, cuius ineffabilis altitudo Providentiae, nullis inclusa limitibus, nullis terminis comprehensa, recta sententia subdit, caelestis patris ac terrena disponent, eam cunctos ejus summis magnificet, altis decoret honoribus, & caelestis efficit beatitudinis possessores. Illos tamen, ut dignis digna respondeat, potentibus attollit insignis dignitatum, & ingeniorum ubertiori retributione prosequitur, quos dignos agnoscit, & commendat intendit excellentia meritorum, Sic & alma Mater Ecclesiae, ejus sacra velligia insequeus, & exemplo ducta

inadabili, licet universos in regnis caelestibus constitutos, studeat honorare feliciter non desistat, egregios tamque Doctores, per quorum & lucida & sancta documenta, eadem Ecclesia illustratur, virtutibusque & moribus informat, libenter & solerter exsequitur quae sunt Dei, praemissa debita meditatione perlassurus, ad divini nominis honorem, gloriam & exaltationem Catholicae fidei, saluque fidelium, rite censit, meritoque providit, eosdem in universali Ecclesia honorificentia poterit impendisse attolentes. Sane cum sacrum & venerabile corpus B. Thomae de Aquino, Ordinis Fratrum Praedicatorum, sit de mandato nostro, ad Ecclesiam Fratrum Praedicatorum, Tolosani de proximo transferendum, Nos attendentes quanta a Deo scientia dotatus, Ordinem Fratrum Praedicatorum, ac universalem Ecclesiam illustraverit, ac B. Angelini velligia insequeus, Ecclesiam eandem doctrinis ac scientiis quam plurimis adornaverit, volentesque propterea idem corpus speciali honorificentia attolli, Universitatem vestram requirimus & hortamur in D. Jesu Christo, vobis nihilominus per Apostolicam scriptam mandantes, quatenus dictum corpus, cum ad partes eadem transferetur, benigne & honorifice suscipietis, ipsamque devote ac venerabiliter pertractatis, facietis ab aliis, quantum in vobis est, cum debita honorificentia ac devotione suscipi & tractari. Volentes insuper, & tenore praesentium vobis injungimus, ut dicti B. Thomae doctrinam, tamquam veridicam, & Catholicam festemini, eamque fidei totis viribus applicetis. Datum apud Montem Falconem II. Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno sexto.

Superiori elogio Urbani V. recentis Alexandri VII. subiungo: quod etiam gravius hac tempestate habendum est, cum eorum, quos nihil dubium, in Jansenio D. Augustinum & D. Thomam quasi per laus petere voluisse, plurimi auri sint dicere, Constitutionibus & censuris ab Innocentio X. latis, D. Augustini & D. Thomae auctoritati non nihil detractum fuisse. Haec eivdem voces premissae debuerat ipsius Innocentii X. vide vocis oraculum, quod Pontifex nihil in D. Augustini & B. Thomae, eorumque scholae sententiam, in questione de Gratia & divinis auxiliis se pertentasse, palam & saepe assererat: verum majorem hujus & apud posteros duraturam fidem facit ad Lovanienles Theologos scriptum breve Alexandri VII. qui ea Ecclesiae tempestate, cum ubi que in Jansenium lata censura circumferretur, D. Augustini & D. Thomae dogmata, quibus olim Clemens VIII. eam controversiam de gratia dividendam decreverat, inconstanter, variisque pronuntiat, ne cui nunquam locus relictus esse videatur, hanc canonicam, B. Augustini & D. Thomae, eorumque scholae in questione de divinis auxiliis doctrinam labefactam fuisse. Visum igitur est hic integram Alexandri VII. Breve ad Academiam Lovaniensem scriptum referre.

BREVE APOSTOLICUM ALEXANDRI VII. AD DOCTORES LOVANIESES, DE JURAMENTO PASTORALI AD OBSERVANTIAM CONSTITUTIONUM APOSTOLICARUM IN MATERIA DE AUXILIIS, SECUNDUM INCONSTANTIA VARIISQUE DOGMATA S. AUGUSTINI & D. THOMAE AQUINATIS.

ALEXANDER PAPA VII. Dilectis filiis saltem & Apostolicam Benedictionem.

Litteras vestras die 20. Martii datas accepimus, & in eo sane quod quinquae Propositiones illas tam in felicis reformationis Innocentii X. Praedecessoris nostri Constitutione, quam in alia nostra postea damnata, tanquam detestabili, ut neminem admittere ad gradus Academicos velitis, nisi prius religiofam observantiam praedictarum Constitutionum promittat & juret. Obedientiam & zelum vestrum unice commendamus, atque adeo speramus, vos namque id egregie persanctaeque impleturos, verum etiam omnibus aliis obedientiam documentis effecturos, ut omni rerum praerogativa ex hominum animis evulsa & penitus abolita memoria, pristinum decus exaltationi & laudi antiquae restituantur. Ad hanc igitur salutaris obsequii gloriam, vere constantereque procerendam, quamvis uti credimus eximie currentes, vos, dilecti filii, etiam, atque etiam, quantum possimus hortamur in Domino. De reliquo non debuitis, quin singulari scientia pietatque studio, sanam & incorruptam qualem tot Apostolicae Sedis Declarationes, & Sanctorum Patrum Traditiones requirunt, doctrinam semper amplectari, & adversus Orthodoxae Religionis hostes defendere suis, nec non praeracissimum Ecclesiae Catholicae Doctorem, Augustini, & Thomae Aquinatis, inconstanter, TUTISSIMAE DOGMATA, sequi semper, ut assertis, ac impen-

impense revereri velitis: quorum profecto sanctissimum virorum penes Catholicos universos, ingenia & omnem laudem supergressa nomina, novi praecoxi commendatione plane non egent. Porro honorum omnium largiorem Deum oramus, ut vobis, dilecti filii, cum pacis divina tandem clementia restituta prosperitate, caelestis gratia munera tueri & augere quotidie, pro sua misericordia velit: ad quod feliciter consequendum, Apostolicam Benedictionem vobis peramanter impendimus. Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub anno Pifkatoris, die 7. Augusti, Pontificatus nostri anno 6.

Plurima addi possent quibus constaret, qua veneratione Sanctum Doctorem Summi Pontifices prosecuti sint: nam Paulus IV. D. Thomam vocare solebat, Lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis meae: & Sixtus V. est alterius Instituti & Scholae, ita D. Thomae addidit videri voluit, ut in secretiori Bibliotheca Vaticana ipsius imaginem pingi curaverit, qua representabatur sinistra manu Ecclesiam gestare, & dextera ingentem luminis radium vibrare, cum hoc lemmate: S. Thomas, de Christo scripta, a Christo crucifixo confirmantur. Verum haec quae superius retulimus, a Pontifice summa auctoritate scripta, majorem fidem faciunt, & satis superque sanctissimum Doctorem commendant: cum ipsa omnino singularia sint, nec alteri communia.

§. VIII.

Quo loco D. Thomae a Conciliis habitus sit, praesertim a Florentino & Tridentino.

Si vellem undique omnia, in commendationis D. Thomae argumenta congerere, quae sponte utroque accersiri possent: promptum esset Concilia omnia quae post ipsius transitum habita sunt, animo studioque decurrere; hisque probare, quod Orator Tridentini dixit, nulla sine ipso ab ejus felici transitu in orbem celebrata fuisse Concilia: & Decreta omnia de Sacramentis, de Peccato, tum origine tractato, tum propria voluntate actuque contracto, de Gratia ac virtutibus parvulis lavacro regenerationis infusus, ad Divi Thomae mentem ejusque doctrinam exacta fuisse: ut hic etiam illud Pontificis locum habere videatur, Divi Thomae doctrinam certissimum esse Christianam doctrinam regulam; & verissimum sit, quod alicubi sancti Doctoris Interpres Cajetanus dixit, hujus doctrinam de Sacramentis, aliisque Religionis dogmatibus, saepe a Conciliis suis definitivum consecratum fuisse. Verum omnibus ceteris, de duobus dumtaxat Florentino & Tridentino paucis dicendum est, & demonstrandum quo loco habitus sit D. Thomas, quidve Ecclesiae ejus doctrina contulerit.

Certum est in Concilio Florentino, quod in eunda pacis & concordiae Occidentalem inter & Orientalem Ecclesiam coactum fuerat, Latinos Graecis admirationi fuisse; & praecipue Joannem a Montenegro Theologorum Ordinis Praedicatorum, quem Concilium sess. 17. in fine vocat Hierononachum Philosophum Latinorum, & Dialecticam peritissimum: Hic unus contra Graecorum doctissimos de Processione Spiritus Sancti, a sessione 18. ad 25. & posteam disputationem inivit; atque ita vi & pondere argumentorum, quae non aliunde quam ex D. Thomae depergerat, Graecis negotium facessit, ad eaque angustias redegit, ut suo silentio se victos laterentur: nam sessione 22. cum Joannes Marcum Metropolitam Ephesi, & Patriarchae Antiocheni Vicarium, qui cum Nicano Praefule partes Graecorum sustinebat, triplici questione urgetur, Ephesus non habens quid responderet, An tacebat: unde Imperator Constantianopolitani, qui aderat, ut suorum pudori parceret, iussit hanc dispositionem omitti, etsi Latini urgerent, ad obiecta responderi.

Ibi sane quantum Anglici Praeceptoris doctrinam ad explicanda & defendenda Religionis mysteria, & revincendos Ecclesiae Romanae potestatis & primatus amulos valeret, luce clarius innotuit. Unde merito Thomas Aquinas Clericus Regularis, de Politia Christiana lib. 2. cap. 6. dixit ad hanc doctrinam Anglici Praeceptoris, quae instructissimus Joannes, in vestigiis argumentis pro Ecclesia sua Latina depugnavit, obtulisse Graecis, admiratione tanta eruditione excultos, tanta argumentorum subtilitate instructos Latinos, quibus se minime pares sentiebant, fonte silentio praesertant. Unde fecit et quoniam forte tanta eruditionis latice haussent, quodve haberent in Theologica & defendendis suis dogmatibus, tam instructum armamentarium; ubi compererunt Divi Thomae Summam defendenda Religionis instructissimum esse panopiam, conati sunt Latinorum arma in Graeciam transferre: nam ut supra ex Possivino retulimus, Demetrius Cydonius Summam D. Thomae contra Graecum convertit.

Verum plura sunt argumenta, quibus in D. Thomam observantiam probavit Concilium Tridentinum, quod vi-

sum est quibusdam, fuisse angustissimum, totique orbi spectatissimum theatrum, in quo S. Thomae Discipuli & familia Dominicana pro Ecclesia contra Haereticos Irenaei dimicarent, & Religionem omnem illustrarent: cum Archiepiscopi sex, Episcopi septemdecim, Theologi octo supra viginti, omni laude dignissimi, tum ob sanctitatem, tum ob eruditionem habiti sint, & ad praecipua munera non postremi vocati.

Sed in honor D. Thomae habebatur, cuius doctrinam in Discipulis Concilium suscipiebatur; atque hujus honoris primum argumentum est, quod refert Didacus a Payva Lusitanus, Tomo a Concilio de Sanctis, sermo, a de Divo Thomae. Cum de ea re a Patribus in Concilio congregatis ageretur, utrum Christus nocte cena Apostolos Sacerdotio iniussit, & consecrasset impresso characteri; essetque omnium mens assentientium, & medio unius dixit, videri sibi Divum Thomam secus scripsisse. Ea voce Patrum suffragia suspenduntur: liber astitit, locus expenditur, & cum res dubia videretur, differtur sententia definienda in sequentem diem: ubi cum constaret non alienum esse D. Doctoris mentem a Patrum sententia, res definita est, & Canon consecutus. Id ex Auctore prelaudato refert Thomas Aquinas de Politia Christiana quem supra retulimus, quibus posita subdit: Ita nunc & plebs litteratorum unius, D. Thomae doctrinam, ad examen revocata, & pro tribunali sedens, ipsa tam iudex idoneus tamquam improbam damnata, & quam tota Ecclesia tanti pendet, ingenio subtili tuo, & rivo unius inficitur ibi.

Neque vero ea parte morosus fuisse Concilium existimandum est, quod unius Doctoris sententia probatum ceteris Patribus canonem conciliandum suspenderit. Reperimus enim aliquando Concilia suffragia suspensisse, dum constaret de mente Patrum, in qua indaganda pluribus interdum disputationibus actum est, ut in Florentino 21. 22. 23. sessiones ad Basilii Magni auctoritatem explicandam consumptae sunt: praeter Chacedonensis Concilium, in quo Actione prima Cyrilli testimonium; septimanam Synodum, ubi Actione tertia una D. Chryostomi periculis expenduntur: quod nimirum perpetuum Conciliorum mos fuerit, non rationibus metaphysicis, & subtilitatibus Scholasticis, sed Scriptura & traditione, quom Patres explicant & exhibent, res fidei definire. Nihil vero mirum, non minorem erga D. Thomae reverentiam Tridentinum habuisse, quam Florentinum erga Basilium; cum non minus traditioni S. Doctor adhaerit; & longo Patrum studio antiquitatis testis esse possit, cuius Summam recte dixeris Traditionis depositum, & perpetuum Scripturae commentarium.

Alterum argumentum est observantiae Concilii in Divi Thomae quod cum sacrum Evangeliorum librum, & sacram Scripturam pro more in altari reponeret, ut certissimam suarum definitionum regulam, Summam Divi Thomae, ut alteram & inferiorem Christianae doctrinae regulam, unde verus Scripturae sensus & traditio erui poterat, ad quam ut ad lapidum lapidem (verba sunt oratoris Concilii) si quid ambiguitatis, si quid controversiae extorum fuisset, communibus vestris referendum existimabat, in eodem altari Concilium reponeret. Haec in primis Editionibus sine teste, contentus sola domestica traditione retuleram: Verum aliqui parum erga sanctissimum Praeceptorem, ipsiusque Scholam affecti, ea a Discipulis solo studio Magistrum commendandam, praeter verum conficta fuisse asserere non dubitarent. Attamen testem habeo qui fidem meam liberabit, Thomam de Aquino, Neapolitanum, Clericum Regularem, in Opere jam saepe citato, a quo etiam superius aliqua decerpimus, de Politia Christiana lib. 2. qui totus est de ordinata Christi familia cap. 6. ubi necessitatem doctrinae sacrae probat, & a quoniam haurienda, post multa sic habet: Fidei dignissimi retulere, in magna aula medio ubierant congregati sancti Tridentini Synodi religiosissimi Praefules, ac doctissimi Patres, mensam extulisse sacro librorum pondere gravem, in qua hi sacri codices conspiciantur, sacra Scriptura, & Constitutiones ac decreta Pontificum, S. Thomae Summa. Quibus postea subiungit: Expende quod honore habita, qua inter codices divinos numeratur. Par erat ut post divinos libros, Anglici recenserentur. Haec tunc citatus Auctor, quibus constat non solum domestica traditione id a nobis acceptum: (quamvis si ceteros lateret, nihil esset mirum majori cura a nobis servatum, quod nostrum postissimum intererat) sed etiam ad extraneos pervenisse. Liber impressus est Lugduni ann. 1647.

Neque his fidem habere dubitaverit qui meminert, quo in pretio sanctissimum Doctorem Patres Tridentini habent. Id explicat locupletissimus testis orator Concilii oratione habita in eo celeberrimo coetu: Cujus verba si praetermitterem, magnam D. Thomae gloriae partem me detraxisse arbitraret: Patres alloquitur: Non potuit Divi Thomae Ecclesiasticis interesse Concilio nostro praesentis. Verum ecce superest atque in eorum vultibus vobis adest bona sua, spiritalis doctrina thesaurus, hereditario jure vobis delegatus. Nulla proinde ab ejus felici transitu Concilia sine